

G. 14.15

G. 14. 15.



OPHŒΩΣ

ΑΠΑΝΤΑ

London.

ORPHEI

ARGONAVTICA HYMNI
LIBELLVS DE LAPIDIBVS

ET

FRAGMENTA

597

2

CVM NOTIS

STEPHANI ET ANDR. CHRIST. ESCHENBACHII

TEXTVM

AD CODD. MSS. ET EDITIONES VETERES

RECENSUIT

NOTAS SVAS ET INDICEM GRAECVM

ADIECIT

IO. MATTHIAS GESNERVS

CVRANTE

GE. CHRISTO. HAMBERGERO

LIPSIÆ

SVMTIBVS CASPARI FRITSCH

MDCCLXIV.

1764

V I R O

SVMME REVERENDO

ET CELEBERRIMO

IO. AVGVSTO ERNESTI

S. P. D

GE. CHRISTO. HAMBERGER

Tardius licet fidem Patrono obligatam liberare, et ad TE, VIR SVMME REVERENDE, afferre munus, tanto gratius et carius TIBI futurum, quanto amantior TV eius eras, a quo proficiscitur. Scilicet Gesneri est, qui hoc suum Syntagma Orphicum TIBI, dum viueret, destinauerat, sed morte appropinquante in exequendo consilio turbatus, mihi id negotii dedit, ut illud TVO nomini inscriberetur. Hac vero re non solum honorem, quem in dedicando Homero ipsi habuisti, secundum illud Hesiodium, pari TIBI mensura reddere volebat, sed amicitiae, quae ipsi TEcum per triginta annos intercessit, memoriam firmo quodam monumento ad posteritatem ultimam

mam extendere. Id quidem praestabit opus hoc quod TIBI iam traditur, et aere et marmore perennius, quod non prius peribit, quam bonarum literarum honos et gloria obliuione obruta et sepulta erit. Amicitiae vero TVAE, VIR SVMMME REVERENDE, quantum pretium statuerit Gesnerus, tum hic ipse liber loquitur, tum illi optime norunt, qui propius cum illo versabantur. Hac integra valetudine usum sum mopere delectabatur, eiusque recordatione et commemoratione fractas ab atroci morbo vires reficiebat, animumque languore fatigatum pascebat, inter bona, quae a diuina providentia plurima in se collata praedicabat, hoc non minimum reputans, quod ERNESTIVM amicum habuerit, quod ipsum primum in lucem produxerit, et senex a numine instrumentum electus esset, ad virtutem eius ornandam, et amplificandam. Hoc sensu amoris inflammatus, TIBI, VIR SVMMME REVERENDE, Gesnerus ultimos suos labores, hunc librum, quem prae omnibus suis amabat, dat, legat. TV eum cape, sume, habe eadem, qua donatus est, affectione. Vale.

PRAE-



P R A E F A T I O GE. CHRISTO. HAMBERGERI



Per aliquot annos. a uide a uiris doctis expectatum opus, in lucem tandem prodit, cuius auctor immortalis, cum mors cita et dira calamum ipsi e manu excuteret, mihi praefandi prouinciam imposuit, et quibus subsidijs instructus ad hoc opus accesserit, explicare iussit. Hoc officio paucis fungi licet. Quod quidem ad auctorem operis, quod Gesneri studio iam cultius editur, attinet, de eo dicere opus non habeo, cum Gesnerus ipse de eo quid sibi videretur, de carminibus, quae nomine eius feruntur, et de vniuerso eorum argumento, in Prolegomenis Orphicis, quae post hanc praefationem leguntur, sententiam suam copiose, et accurate, vt solebat, exposuerit, eandemque etiam paucis in opere ipso dixerit, e. g. Argon. v. 310. Hymn. i. Lap. 18. item Arg. v. 420. 856. Illud tantummodo monendum censeo, consilium habuisse Gesnerum, ex historiae Orphicae, et disciplinae variis periodis, et rationibus, dilucidius, quam

quam in Prolegomenis egit, declarare, qui factum sit, vt iam multa Orphei apud veteres mentio esset carmina tamen ipsa vix ac ne vix quidem vetere scriptis suis intexuerint, et multa praeclara, quae penitus sese in hanc rem penetrauerat, docturum videbatur; sed mors consilium interrupit.

De subsidiis, quibus in ornando, et politius limando Orpheo vsus est Gesnerus, haec habeo. Ea quidem partim scripta sunt, partim impressa. Inter prioris generis primo loco commemoranda est Collatio codicis Vossiani in Bibliotheca Lugduno-Batava extantis. Haec beneficio Viri harum literarum apud Anglos consultissimi, Ant. Askew, M. D. qui illam a. 1745 instituerat, ad Gesnerum peruenit. De aetate Codicis, vt ad Arg. v. 50. patet Gesnero nihil constabat. Vitiis scribae inquinatissimus est, apertissimis etiam, quae tamen cum aliis minutiis editor, in Argonauticis huic in finem laboriose enotare sustinuit, vt iis ipsis intelligeretur, lectiones, quas hic Codex probabiles habet, non a correctore esse, non critico ingenio deberi, sed antiquam scripturam seruare. Ex hoc Codice multiplex, et salutaris medicina carminibus Orphicis adhibita est, vt quicumque librum euoluerit, facile deprehendet, tam quoad singulas voces, tam integros versus, qui inde auctori suo diu exulantes restituti sunt, Arg. 51. et 1276. Idem Codex habet in margine lectiones quasdam adscriptas, quae, notante Gesnero, plerumque lectionem Eschenbachianam exhibent, non tamen semper, easque dedit Gesnerus v. g. Arg. 396, 455, 476 etc. Quotiescumque igitur in varietate Marginis mentio occurrit,

de

de eo intelligi debet: ipse vero Codex sigla *Voss.* indicatur. Caeterum hic codex carmen de lapidibus non habet. Idem carmen deest in altero codice scripto, quem doctissimus Anglus, cuius nomen supra posuimus, e Graecia secum in Angliam deportauit, et vnus e trecentis variis codicibus est, quibus bibliothecam suam instruxit. Huius itidem lectiones cum Gesnero, vt erat eius valde studiosus, communicauit. In epistola, qua ipsi eas offert, aetatem satis magnam, sed non definitam, tribuit suo codici possessor, et nunquam collatum esse commemorat. Varietates tamen eius minus quam *Vossianae* ad emendandum textum profuerunt. Sigla *Ask.* hunc codicem designat. Quem *Chiuaeanum* codicem vocat Gesnerus, exemplum est Aldinae editionis, quod ante aliquot annos ex auctione librorum *Chiuaeana*, apud Batauos habita, in bibliothecam nostram academicam inuigrauit. In eius margine, ab ignota manu, adscriptae erant lectiones variae, quae modo cum *Askeano* codice, v. g. Arg. 24. 133. modo cum *Vossiano*, Arg. 56. conspirant. Probabilem lectionem propriam in contextum recepit Gesnerus, Arg. 226, aliam dignam vt recipiatur, in annotatione ad v. 193. laudat. Alia scripta subsidia non habuit Gesnerus. In procurandis quidem codicum *Parisiensium* *Mss.* lectionibus operam suam obtulerat Gesnero Vir apud *Argentineses* Clarissimus *Elias Stoeberus*, et rogauit etiam ille, describi sibi quinquaginta aut decem versus de codice, qui N. 2678. et altero, qui N. 2764. in *Catalogo* *Mss.* regio habet, sed in schedis, quae in manus meas venerunt, nullum vestigium, neque

indiciū deprehendi, perlatum esse eorum aliquid ad Gesnerum. Nec studuit Gesnerus valde multa habere, ne res longa fieret, et hanc ob causam ne oblatis quidem per Ruhnkenium V. Cl. cuius ingenium et doctrinam quanti ipse fecerit, non vnus locus in his Orphicis declarat, vti voluit, potius suo solius remigio rem gerere, forte etiam quod metuebat, ne sibi simile iterum accideret, quod in Scriptoribus rei rusticae factum est. Ruhnkenjo tamen V. Cl. debentur Fragmenta inedita, et Collatio carminum Orphicorum cum Codd. Regiis Paris. 2763, 2764 et 2765. quae in manibus Viri incomparabilis Ernesti erant, cuius suasu et consilio editioni Gesnerianae adiectae sunt.

Ad editiones veniendum est. De primis quidem quid generatim statuendum sit, tum Henricus Stephanus ad Arg. 420. et Gesnerus ad v. 791. docet. Huic ad manus fuit e bibliotheca academica editio omnium prima, quam sigla P. in varietate lectionis designat, et forma quadrata, non vero, vt quidam tradunt, literis quadratis, excusa est. In fine legitur: *Anno ab incarnatione MCCCC. die XIX Septembris. Impressum Florentiae impensa Philippi Iuntae bibliopolae. Si quos errores in hoc opere lector inuenies, qui properantes oculos nostros subterfugerint, eos pro iudicio tuo emendabis. vix fieri potest, vt non tales interueniant.* Quis curauerit hanc editionem, quae Argonautica et Hymnos habet, non constat; liber ipse omni praefatione destituitur, vnde forte aliquid liceret discere, quod huc faceret. Caeterum hanc primam editionem esse, et frustra iactatam

tam a viris doctis editionem a Constantino Lascari curatam, probatum dedit b. Gesnerus in schedula, quae partem suae praefationis constituere debebat. En eam:

„Interim facere non possum, quin mentionem faciam illius opinionis, qua primum a Constantino Lascari edita esse Orphei certe Argonautica, cum viris doctis suspicatus sum. In Bibliothecae Taurinensis Catalogo p. 375 inter MSSos Graecos nr. CCLXI. f. 109 habetur titulus, *Κωνσταντίνος τῷ Λασκάρειως προλεγόμενα τῷ σοφῷ Ὀρφείως*, additurque ea edita esse in prima parte marmorum Taurinensium. Et habetur sane P. I n. X explicando marmori, Orphea a Bacchis discerptum repraesentanti, a p. 93-104 Constantini Lascaris libellus hoc titulo ex MS. editus, sed ita ipse levis et Graeculae vanitatis plenus, ita porro negligenter et vitiose descriptus, vti talem quidem e Lascaris officina prodisse, nullo modo sit probabile, neque dignus mihi visus sit, qui in hoc Syntagmate locum habeat, e quo alioquin etiam exclusi, quidquid non ad carmina, quae habemus, pertinet. Caeterum qui locus proprie cum quaestione nostra de primo editore coniunctus est, clausulam ipsius libelli huc ponere placuit, corrupte quidem et ipsam, sed vnde tamen illud, de quo hic agitur, confici videtur posse, si quis praesertim emendationes nostras recipiendas putaret. Sic ergo p. 104 *Τὰ δὲ τῷ Ὀρφείως*, (de Argonauticis in primis sermonem esse apparet) *διὰ τὴν πολυετίαν, καὶ τὴν δυσυχίαν γένους* (intelligit, credo, calamitates Graeciae a barbaris) *τοσούτου ἠφάνισαι, ὥστε μόλις εὐρίσκεται* (f. εὐρίσκεσαι)

θαὶ) ὀλίγα τινα, καὶ ταῦτα διεφθαρμένα καὶ ἀνε-
 ξήτα (f. ἀνεξίτητα) Ταὶ (f. Ταῦτα) γὰρ ἐν τῷ μόλις
 (f. τῇ πόλει) τῷ Μεδιολάνῳ εὔρον; ἔγραψά τε, καὶ
 τοῖς ἄλλοις κοινύσας (f. κοινωνήσας) καὶ διδάξας, εἶδὲ
 δύναμαι εὔρεῖν οἷς παρόντα διορθώσαμι ἐν πολλοῖς
 ἀμφίβολα ὄντα. Apparet Lascarin hoc egisse, vt
 ederet Orphei Argonautica, h. e. praelegeret, ex-
 plicaret, dictaret, et, si fieri posset, typis quoque
 expressa daret: deinde, inuenisse illum Mediolani
 exemplum, illud descripsisse, *docuisse* h. e. praelegis-
 se, ita fere vt *docera fabulam* dicitur, qui in scenam
 profert; sed cum in multis dubiae esset lectionis, in-
 uenire non potuisse, vnde illud emendaret. Haec
 sunt, quae dicit, nihil aliud. Vtrum voti postea
 compos factus mereri vltra de Orpheo potuerit,
 hinc non discimus. Sed ex his, quae Boernerus de
 doctis hominibus Graecis etc. diligenter exquisita
 posuit, constat, Mediolani fuisse Lascarin ab A. 1454-
 1460, quo tempore inuenisse ibi debet Argonau-
 tica: tum Florentiae aliquamdiu, post Neapoli, Mes-
 sanae autem ab A. 1465: ibi discipulum habuisse
 Bembum 1492, et paullo post diem suum obiisse A.
 1493 vel 1494. Iam Mediolani edita Argonautica
 vix fugere poterant doctiss. Argelatum, qui tamen
 nullam eius rei mentionem facit in Bibliotheca Me-
 diolanensi; licet in MSS. Ambrosianae Bibliothecae
 referat in praemissa historia typographiae literaria
 p. CLXXVI, D. *In Protegomena Orphei*, qui sine du-
 bio libellus ipse est, de quo hic egimus. De rari-
 tate Codicum Orphei MSS. illud modo, quoniam
 hic sumus, adiicimus, in MSS. Bibliothecae S. Mar-
 ci Venetae, qui memorantur omnes esse Saeculi XV.

Vtrum

Vtrum exstet hodie, et prodesse futuris editoribus possit, non habeo dicere, ille quem in *Bibl. Vindobon. Catal. Neffel. P. IV c. CLIII p. 86* laudari video, *Codex membranaceus antiquus et optimae notae, in quarto, constatque foliis triginta, et ad Io. Sambuci Bibliothecam olim pertinuit, quo continentur Orphei Thracis, unius ex Argonautis, Argonautica.* Sed haec praeter consilium atque institutum, qui illa solum commemorare praesidia velim, quae mihi praesto fuere.“

Florentinam excipit editio, quae Venetiis in aedibus Aldi et Andreae soceri mense Nouembri M. D. XVII. charta octies plicata prodiit. Praemissum est Musaei carmen cum versione latina. Orphica carmina exhibet omnia, et in hoc differt a Florentina, quae carmine de lapidibus destituitur. Presso fere pede sequitur eius lectiones, ut a doctis viris obseruatum est. Praefationis nihil ibi legitur, nec versionem latinam habet. Post Aldinam editionem eadem opuscula, sed insertis post hymnos Orphei, quatuor Prochi, et adiectis in fine sententiis ex variis poetis, et Homeri *Batrachomyomachia*, prodierunt Florentiae per haeredes Iuntae 1519. 8vo. Ponam de hac editione, quae Gesnerus in fronte libri sui posuit: *Aldi Ro. praefationem etiam paucis immutatis describit Ant. Barchineus.* Et videtur ad singulas literas haec ab Aldina expressa esse. Certe quae obseruavi typographorum peccata, ea sunt communia; nisi quod *Argon. 18.* proprium habet Iunt. *λυγρὸν* cum recte Ald. *λυγρόν*, sed talia possunt esse plura, et tamen verum quod posui. Liber de lapidibus habet quaedam propria. Conf. quae ad v. 656 legun-

leguntur. Hanc editionem sigla I. indicat. **Quarta** editio, qua vsus est Gesnerus, hunc titulum habet: *Orphei poetarum vetustissimi Argonauticōn opus Graecum, eorum interpretatione latina incerti auctoris, recens addita, et diligentius, quam hactenus emendata. Apud inlytam Germaniae Basileam anno domini 1523. In fine: Basileae in aedibus Andreae Cratandri mense Iunio a. d. 1523.* Haec editio per Illustrem Schoepflinum ad Gesnerum venit. Quis eam curauerit ignoramus. Ad primam Iuntinam vel Florentinam graeca expressa esse, communia vitia, apertissima etiam, declarant, sunt tamen quaedam emendata, et obseruauit Gesnerus, eam aliquoties secutam lectionem vulgata meliorem, ex codice, vt putat, potius, quam e coniectura. Versio latina ea est, quam adespoton cum suo Valerio Flacco ediderat Io. Baptista Pius, et dedit etiam cum suo Valerio Pet. Burmannus. Esse eam a Mediolanensium Cribellorum quodam factam, docet is, qui ad editionem Valerii Aldinam Venet. 1523. 8vo vulgatam praefatus est. Hunc Cribellum viri docti eum habent, qui Leodrisii nomen gerit, de quo videri potest Argelatus in Bibliotheca SS. Mediol. h. v. quamquam hic vir doctus in eo fallitur, cum ibi ad auctoritatem editionis prouocat, et scribit: *Leodrisio expresse adscribitur in eadem (Aldina) praefatione a me inspecta.* Certe non accurate inspexerit Argelatus, nisi alium librum habuerit, quam ego. In meo sane exemplo nullum vestigium Leodrisiani nominis video, quin negat auctor, se scire nomen. Ponam ipsa verba: *Adiunximus — Orpheum per Mediolanensium Cribellorum quendam (nomen non habere potui-*

potuimus) *latinum factum*. Ante Argelatum de eodem nomine etiam Barthius, Stat. Theb. III, 352. ad auctoritatem Aldi prouocauerat. Variis his editionibus parum adiutus Orpheus, medicinam et salutem adhuc expectabat. Illam ipsi adhibuit de graecis literis omnium optime meritus Henricus Stephanus, qui licet codicum adiumento destitutus, suo tamen ingenio, quo gaudebat felicissimo, et exquisita doctrina, inopiam ita compensauit, vt eictis priorum editionum vitiis, deterfisque scribarum maculis, Orpheo fere integritatem suam redderet, et iure sospitator eius habeatur. Ita purgatum inter suos Poëtas graecos principes heroici carminis, a. 1566. sacrum poëtam edidit Stephanus; post cuius diligentiam a sequentibus duobus editoribus, Lectio, et iuvene Eschenbachio, quorum libros Gesnerus pariter consuluit, eius annotationes suae editioni inseruit, vix quicquam immutatum, vel praeclari aliquid in his carminibus praestitum est. Ad hanc Henrici editionem suam carminum Orphicorum recensionem instituit b. Gesnerus, ita vt suadentibus vel codicum auctoritatibus, vel aliis rationibus, meliorem lectionem coniecturasque felices vel suas vel aliorum virorum doctorum lectioni vulgatae, si opus videretur, substitueret. Sed quanta modestia, quanta timiditate hic rem gesserit Gesnerus, quam etiam in hoc auctore in partem cautiorem more suo peccare, et vulgatam lectionem retinere maluerit, quam temeritatis criticae inculari, et aliquid ponere, quod non res ipsa posceret, vel de quo non constaret, veteris scriptoris esse, satis apparet. Ipse in interpretatione auctoris, officium edito-

editoris primum collocabat, a quo interdum studiose refugere critici ipsi videbantur, ut impunius vrerent, secarent, interpolarent. Sed redeamus in viam. In hymnis vsus est Gesnerus etiam Lectiōnibus variantibus ad aliquot hymnos Orphei e codice Augustano, quas cum Ζωροαστειων τε και Πλατωνικων δογματων συνκεφαλαιωσει τε Πληθωνος edidit Valentin. Hermannus Thryllitius, Viteberg. 1719. 4°. Eas varietates ad vnam omnes studiose annotauit editor, et ex illa syluula etiam petita est, quae p. 182. v. 26. sine auctore exhibetur lectio. Inter multas alias cogitationes videtur Gesnerus Siglam omisisse, quod idem accidit Lap. p. 328. v. 96. vbi in varietate αλλωμενος, ex Esch. et p. 338. v. 64. λαβεθρα συν ex Ald. et Iunt. editione est. In carmine de lapidibus praesidii aliquid exspectabat Gesnerus noster a paraphrasi et scholiis Hannardi Gamerii, sed vana spe lactatum esse docent, quae de hoc libro in schedulam coniecit, quam hic exhibemus.

„Quam B. Fabricius memorat Hannardi Gamerii Paraphrasin, cum eius Scholiis et D. Wendalini Cronobachii Medici animaduersionibus vulgatam Leodii 1578. 8 non vidi. Sed communicatum est mecum de Bibliotheca Regia Hannouerana exemplum antiquioris editionis, cuius notitiam breuiter dabo: Titulus ita habet, *Orpheus antiquissimus et optimus poeta, Philosophus Trismegistus, de Lapidibus, nunc demum Latine iure donatus, M. Hannardo Gamerio Poeta laureato interprete.* (Scholae Tungrensis Rectorem se vocat) *Accesserunt eiusdem Hannardi scholia,*

lia, quae et rei medicae studiosis utilia iucundaque futura sunt, et quae quibusdam locis obscurioribus plurimum lucis adferent. (Neutrum ego praestiterim. Citantur loca veterum et recentiorum quaedam, vbi eadem nomina lapidum leguntur: quid lucis expectari hic possit, mox specimine vel vno declarabitur) *Accessit praeterea argumentum in Orphei libellum* (Demetrii Moschi) Renato Perdrierio interprete. *Leodii ex officina Gualteri Morberii 1576. 4.* Iam de praefatione vnam alteramque notitiam ponam: „Comperi Argonautica felicissime latinitate donata, in quibus singuli „versus latini singulis graecis aptissime responderent. „Inueni quoque dicta Argonautica et Hymnos, cum „opusculo de lapidibus ad verbum in Latinum versa „Renato Perdrierio Parrhisiensi interprete, sed nequaquam pari felicitate cum ea, quam de Dei gratia et beneficio in Argonauticis, carmine Heroico „pulcherrimo redditis, quidam *Castellio* (*Cribellum* „voluit haud dubie, vacillante memoria) praestitit. „Huius enim in vertendo dexteritatem suspicio, illius vero solum conatum, benevolentiam, diligentiamque collaudo.„ Haec eadem fere sunt, quae laudari in nostro Gamerio bona fide videntur posse. Equidem cupide cum inspicerem libellum, aliquamdiu desideratum, mox animaduerti, non esse quod poeniteret, non esse, quod deriuari in hoc Syntagma lectorum, quos mihi opto, interesset. Vnum specimen ponam, locum, in quo aliquid lucis inuenire optabam. Euoluat mihi aliquis de Lapp. Pro. v. 67-74 in quo quam laborem, in notis indicauit. Hunc bonus Gamerius ita transtulit:


At

*At sanos homines insani saepe fatigant,
 Et cogunt patrios miseros ex urbibus ire,
 Mercurioque Deo passim conuicia dicunt:
 Quod cum semideis olim versatus, iniquum
 Humano generi subito se praestitit hostem,
 Difficilemque magum vulgato nomine fecit,
 Quem penes et cultus et diuum oracula manerent.*

*Ipse quidem fortis, multo certamine victor
 Caedibus exultans claram Ioue praeside lucem,
 Et velut accenso maiorem lumine reddit.
 Sed genus hoc hominum etc.*

Equidem hic, et in pluribus, quae inspexi locis, plane quid sibi vir voluerit, non intelligebam, relinquendumque statuebam opusculum his, qui de tota illa lapidum philosophia quidquid vsquam esset, non nollent cognoscere.“

Haec sunt, quae dicenda habuimus. Tu quisquis posthac opera Gesneri vteris, viri de literis graecis et latinis optime meriti nomini et gloriae faue.



I. M. GESNERI
PROLEGOMENA · ORPHICA

IN SOC. SCIENTT. GOTTING. PRAELECTA

A. D. IX. IVN. 1759.

Qum de nauigationibus veterum extra columnas Herculis disputarem, non potui non de Argonautarum fabula, et quid in ea esset historicum, paullo quaerere diligentius. In ea autem re ne tolerabilis quidem futura erat disputatio, si non adhiberem illud aureolum carmen, quod Argonauticôn Orphei nomine circumfertur. Cum vero sic longo post interuallo ad scripta redirem, quae iuuenis cursim legeram, ne expers essem tanti nominis, tantae, quantam prae se fert, antiquitatis: videbar mihi plura, ac facilius aliquanto, quam olim intelligere, eaque ipsa re ad accuratius cognoscendum inuitari. Quid quaeritis AA. Senti me paullatim ita, forte vetere quadam Orphei arte, demulceri Orphicarum rerum consideratione, vt statuerim otii quantum contingeret, vno alteroue anno illis impendere. Sed placuit eius diligentiae primitias quasdam vestro AA. submittere iudicio, vt eo vel confirmatus, vel ab ingrato labore reuocatus, in consilio deinde certo consistam. Ante omnia vero suis quibusdam finibus circumscripsimus operam nostram, ne nimis multa complexi, eo facilius destinatis excidamus. Difficile sane est pauca de Orpheo et in Orphea dicere, de quo viro, quo plura passim videmus commemorari, eo pauciora forte

sciuntur; nisi scire sit, sexcentas narrationes legisse male inter se, vel cum aliis veri vbiuis terrarum fusi particulis cohaerentes, quae falsae non temere possint esse omnes, omnes verae esse nequaquam possint.

Accidisse videmus in Orpheo, quod in Belo Ioue, Hercule, ceteris, quos facinorum magnorum et gentium insignium auctores vanitas illa generi humano propria infinitum quantum multiplicauit, cur ad magna nomina referre origines suas vniuersi cupiant. Sed cum illae genealogiae post aliquot saecula fidem et auctoritatem soleant amittere funditus, contra ea illud studium ad Orphea referend sententiarum suarum primordia a plurium saeculorum pene obliuione resuscitatum est, ad illius auctoritatem certamine velut inuito prouocantibus hinc Iudaeis atque Christianis, hinc de noua Platonis schola Philosophis, quorum facile princeps est Proclus Lycius. Sed hoc de studio Orphei in suas partes trahendi, deinde aliquid dicetur. Hic arctiori sine circumscripti disputationem de Orpheo. Considerare placet illum cultus omnis humani et religionum auctorem, qua parte relata est in scriptis, quae nomen viri hodieque praeferunt, illius sapientia, ut si quis de Pythagorae non temporibus, non vita, non miraculis, non dogmatum systemate, sed de aureis carminibus, et si qua alia illius fragmenta superesse dicantur, disputet. Igitur ante omnia, an fuerit aliquis Orpheus, ad quem, quae exstant hodie, carmina referri possint, quaerendum erit. Ne opus quidem fuerit quaerere, si usquequaque verum apud Ciceronem (de N. D. I. c. 38), *Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse*: quo inducti eruditi homines plane nullum vixisse hoc nomine hominem

arbitrati sunt: Vossius inprimis, qui (de Arte Poët. c. 13 p. 78) putat, *Triumuiros istos poëseos, Orphea, Musæum, Linum, non fuisse, sed esse nomina ab antiqua Phœnicum lingua, qua usq; Cadmus, et aliquamdiu posteri.* Iunxerat tria ista nomina etiam Celsus apud Orig. l. i. p. 14. Λῖνον, καὶ Μυσαῖον, καὶ Ὀρφέα, καὶ τὸν Φερεκύδην, καὶ τὸν Πέρσην Ζωροάστην, καὶ Πυθαγόραν Φήσας περὶ τῶνδε (de DIs et religionibus) διειληφέναι, καὶ ἐς βίβλους καταθέσθαι τὰ ἑαυτῶν δόγματα, καὶ πεφυλάχθαι αὐτὰ μέχρι δεῦρο. Quibus respondet Origenes p. 15. Καὶ τῶν μὲν σοφῶν σε ποιητῶν εἴοικε μηδὲ τὰ βιβλία εἶτι σώζεσθαι, φυλαχθέντα ἂν, εἰ ὁ ἐντυγχάνων ἤθετο ὠφελείας. Sed non negat noster fuisse in hominibus Linum, Musæum, Orphea, Pherecyden, Zoroastrem, Pythagoram; an libri illorum supersint, de eo dubitat. Conf. omnino L. 7. p. 367 et 368. Caeterum quid sibi voluerit Aristoteles, ex scriptis viri, quae hodie supersunt, non potest iudicari. Cicero quidem hoc dicit, nisi fallor, simulacra, εἰδῶλα, spectra illa Epicureorum cogitari non posse, vbi de tali persona sermo sit, de qua qui cogitant vel loquuntur, ipsi nihil certi et finiti habeant. Si enim non fuit Orpheus, idem Oeagri et Calliopes filius, idem poëta, idem Argonautarum socius, idem qui suam ab inferis reuocavit Eurydicen, idem scriptor carminum, quae hoc nomine veniunt; e quonam corpore velut derasa atque euolantia illa εἰδῶλα venient, sine quibus nullam habemus, si fides Epicuro, rerum, quae extra nos sunt, notionem? Non erat opus, pinguem istam Epicuri philosophiam subtili argumento refellere. Sed constabit sua vis argumento, etiam si fuit aliquis Orpheus, verum non

vnus, non talis, in quem ea, quae narrantur, omnia conueniant. *

Hoc sane videtur admittendum esse, nisi velimus dura et pene perfricta fronte omnem antiquitati fidem derogare, fuisse, quod modo dicebamus, vnum aliquem velut primigenium aut archetypum Orphea, sapientiae et vanitatis, veri ac fabularum, religionum atque superstitionum inter Graecos auctorem, ad quem deinde cum referrent vulgo inuenta sua et commenta posterius, monstrosa inde, ficticia certe persona exstitit, temporibus, locis, factis ita dissidens, vt vna esse non potuerit, hoc est, talis vt Orpheus esse non potuerit. Et ille quidem, quem modo archetypum et primigenium dicebam, Orpheus, quando, vbi vixerit? quid docuerit? nescio an liquido expediri possit hodie: sed hoc videre mihi videor, post impensam non ignauam operam conquirendis et excutiendis Orphicis omnibus, quae supersunt de Argonautarum illo socio fabulae et carmina, ea et inter se sic satis conuenire, et quam plurima habere intimioris doctrinae vestigia, quae mereantur obseruari, et vt nobilissima antiquae historiae particula in ea luce collocari, qua possint deinde etiam aliis doctrinae partibus prodesse. Hac ipsa vel opinione vel sententia commotus decreui, quae supersunt Orphica hodie, ea, quantum a me fieri poterit, emendata atque explicata edere. Ante omnia vero, quid de Orpheo ipso et de his reliquiis videatur,

*) Inter Cl. Hanouii Disquisitiones sunt etiam analesita quaedam de Orpheo, vbi varia tentat, ad ostendendum, non negatum ab Aristotele, fuisse Orphea. Ni-

hil hic definiti posse puto, cum locus Aristotelis non prolatus sit: Aristotelem non negasse historiam *ὁμολογεμένην*, nouimus.

tur, proponere placet, si possim forte ea re quasi audientiam facere patri poëseos, et aditum ad hominum eruditorum notitiam parare.

Ἦός igitur primum sit et *ὁμολογούμενον*, fuisse omnino aliquem Orphea, magnum sapientiae laude virum, Troianis temporibus paullo superiorem, et propter longaeuitatem etiam excidio superstitem. Argonautarum quidem pars fuit: superuixisse tamen cladi Troianae in libro de lapidibus ponitur: quae nec absurda est fictio, cui centum aetatis anni sufficiant. Aequalis fere, certe suppar Onomacrito, ad quem probabiliter ut videbimus referunt Argonautica. Pindarus (Pyth. Δ, 313) Argonautis adiunxit Orphea, et *Φορμικτὰν αἰοιδᾶν πατέρα* appellat, h. e. auctorem carminum, s. verborum, quae cantantur. Ergo insignis iam tum persona Orpheus, nec potuit primum quasi creatus esse, et in medium productus ab Onomacrito, qui vel aequalis, ut modo dicebam, vel haud multo maior fuisse potest Pindaro. Neque subito auctoritatem tales fabulae, cum primum ut fungi prodire, solent nancisci. Verbo, non laudaturus erat patrem carminum Pindarus, non daturus foras Onomacritus Orphei nomine carmina, nisi celebre iam tum Orphei, ut poëtae, nomen inter Graecos fuisset. Porro Orphica et Pythagorica instituta similia Aegyptiis commemorat Herodotus (2, 81.) *ὁμολογέσσι δὲ ταῦτα* (instituta Aegyptia) *τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Πυθαγορείοις*, nisi Orphea nobilem personam putasset, non minus quam Pythagoram, non ita dicturus. Nisi ita Athenienses senserunt, quid sibi voluit Euripides, cum passim Orphei mentionem intexit Tragoediis suis, velut de carminis illius praestantia et miraculis Med. 543 et Iphig. in Aulide 1711: vel quod mysterio-

rum auctor esset (in Rheseo 943 *Μυσηρίων τῶν ἀπορρήτων Φάνας ἔδειξεν*) atque Rhesi consobrinus: vel quod victum leueroem et abstinentiam ab animalibus docuerit, cum facit (Hippol. 952) Thesea exprobrare suo Hippolyto filio *ἀψυχον βορὰν*, cibum inanimum, h. e. abstinentiam ab animalibus, et quod Orphea sibi regem fecisset, eoque sanctitatis et abstinentiae obtentu nouercam stupro polluere ausus esset. Num videntur probari in scena potuisse talia, nisi tum putassent homines, fuisse virum magnum Orphea, cuius institutorum aemuli sanctitatem affectarent praeter caeteros; vt nemo dubitare hodie potest, fuisse aliquem S. Franciscum, Ordinis Minorum auctorem, licet quae in Libro Conformitatum de illo praedicantur, iis fidem minime habeat. Eadem est ratio, cum Aristophanes (Ran. 1064) ex persona Aeschyli *Ὀρφεὺς μὲν γὰρ* inquit *τελεταὶς ἡμῖν κατέδειξε, Φόνων τ' ἀπέχεσθαι*, quem locum ita reddidisse videtur Horatius (A. P. 391): *Siluestres homines sacer interpretisque Deorum Caedibus et victu foeda deterruit Orpheus*. Nescio an Aristophanes *Φόνων*, et Horatius *foedi victus* nomine humanas victimas, *ἀνθρωποθυσίας*, intellexerint. Euripides quidem *βουθυσίας* ab Orpheo damnatas voluit, et omnem *ἐμψύχων* usum: et sic *Ὀρφικοί βίαι* capiuntur apud Platonem (de Legib. 6 p. 626. A) *ἀψύχων μὲν ἐχόμενοι πάντων, ἐμψύχων δὲ τῶν αὐτίων ἀπεχόμενοι πάντων*. Probabile est carnibus animalium abstinuisset Orphicos, certe boum aratorum, quod sic agriculturae originem, Cereris Eleusinae beneficium, commendare cuiuslibet vellet. Hinc poetae signum aeneae aetatis, et fugae Astraeae causam fecere *βουθυσίαν*, de quo dulcis locus

locus est Arati Phaenom. 132 *πρῶτοι δὲ βοῶν πάν-
ταντ' αἰροτήρων.* Socrates in Apologia sua (Plato.
p. 369. A) gaudium se praecipere ait ex colloquiis
apud inferos instituendis cum Orpheo, Musaeo,
Hesiodo et Homero. Profecto non facilius potest
negari Orpheia aliquem fuisse, quam Pythagoram
aut S. Franciscum. Obseruemus et hoc, scripta
monimenta ab Euripide tribui Orpheo. Canit Phe-
raeorum chorus (Alcest. 968.) nihil esse, quod
vincere necessitatem possit, *ἰδέ.τι Φάρμακον Θρησ-
κοῖς ἐν σανίσι, τὰς Ὀρφεῖη κατέγραψε γῆρυς.*
Scena fabulae est ex ipsa aetate, qua Orpheus se-
nior, iunior Hercules, Alcestis Peliae filia, poni-
tur; negat chorus, remedium contra necessitatem
Thraciis patriae suae tabulis scribendum dictasse
Orpheia. Fuerunt ergo, cum ista in scenam ferret
Euripides, carmina, quae Orphæi esse dicerentur:
et potuit forte Euripides puer senem videre Ono-
macritum eum, quem carminum Orphicorum scri-
ptorem faciunt fere antiqui Christianae religionis
apologetae, et Pisistratidarum temporibus assignant.
Recte Herod. 7, 6. Qui Xerxem inuitabant ad bel-
lum Graeciae inferendum Pisistratidae, habebant sibi
adiunctum Onomacritum, *ἄνδρα Ἀθηναῖον χρησμο-
λόγον τε καὶ διαδέτην χρησμῶν τῷ Μισσαίῳ.* Pla-
cendus autem erat Onomacritus: *ἔξηλάθη γὰρ ὑπὸ
Ἰππάρχῳ τῷ Πεισιστράτῳ ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθη-
ναίων, ἐπ' αὐτοφόρῳ αἰλῆς — ἐμποιέων εἰς τὰ Με-
σαίῳ χρησμὸν κ. τ. λ.* Hac arte sua recitandi tan-
tum bona Xerxi, omittendi contraria, vt apud Re-
gem vteretur Onomacritus, perfecerunt Pisistratidae.
Non ita remotus erat Herodotus ab hac aetate, vt
falli potuerit, aut voluerit fallere. Non carmina

pauca, sed aceruum librorum, βίβλων ὀμαδὸν Orphei, Platonis aetate proferebant homines quidam, Orpheotelestae, ex quibus sacra expiatoria peragerent (vid. de Rep. 2 p. 424. D). De aetate Orphei plane non disputat Plat. de LL. 3. pr. f. p. 585. E. χίλια αἴφ' ἔγέγονε, ἢ δις τοσαῦτα ἔτη, τὰ μὲν Δαιδάλω καταφανῆ γέγονε, τὰ δὲ Ὀρφεῖ, τὰ δὲ Παλαμίδει κ. τ. λ.

Alterum, quod vniuersim in hoc velut Orphicorum prooemio post aliquam considerationem non nimis defunctoriam pronunciare mihi posse videor, illud est: Quae hodie exstant sub Orphei nomine opuscula, Argonautica, Hymnos, de Lapidibus, ea idem habere consilium ac propositum videri, commendare scilicet cerimonias et mysteria, facere Orphea Deorum amicum et interpretem, qui ab his edoctus et morborum remedia, et expiatoria omnium praeue factorum sacra, et depulsoria periculorum, et portentosa in rerum omnium desperatione auxilia, vel depromserit in ipso actu, vel vnde petenda essent etiam posteris ostenderit. Posset hoc per singula argumenta eundo facile planum fieri. Sed commodius fiet tum, vbi licebit ad singula nouae quam molior editionis prouocando in rem praesentem lectores deducere. Interea fidem ea in re haberi mihi postulare videor posse, vt et in illo, quod confirmo, nihil dum esse in his libellis a me animaduersum, quod repugnet illis temporibus, quibus fuisse dicitur Thracius ille Orpheus, qui in omnibus tanquam e sua persona loquens introducit; non vrbium, non hominum nomina, non inuentorum, aut cuiuscunque rei denique mentionem, quam recentiore esse Troianis temporibus, demonstrari queat. Sic μεγάλης σω-

τῆρας

τῆρας in εὐχῆ 21. esse Castora et Pollucem pulchre ostendit Hemsterh. quem ibi citavi: verba omnia vel HomERICA, vel ea moneta percussa, quam in Homeri et vetustorum oraculorum verbis deprehendimus. Modeste hic agendum esse A. A. sentio. Quis enim, ne de me dicam, cuius forte nec sentientis conuellere memoriam senectus incipit, quis integrae homo aetatis ita valet ista reminiscendi facultate, ut nihil illum in his tot minutis rebus queat fallere? quis ita intentum semper animum habere, ita semper vigilacem velut praestare attentionem potest, uti dormitet nunquam vel oculos deiiciat? Hoc quidem possum confirmare, ea mente legisse Orphica, ut integrum me seruarem, quin ut in lucro ponere vellem, si quid se offerret, in quo deprehendi posset carminum nouitas. Nunc asseueratius possum agere, postquam ita saepe legi, tantamque familiaritatem contraxi cum his libellis. Et dabo auctorem, si quis alius, memoriosum, qui certe de Argonauticis idem affirmet, Dau. Ruhnkenium Ep. Crit. 2. p. 69, 15, „qui Argonautica Orpheo subiecit, siue Onomacritus fuerit, siue alius, scriptor certe meo iudicio est vetustissimus. Nam ne vllum quidem recentioris aetatis vestigium, quamuis diligenter animum attendas, per totum poema reperiatur; contra plura egregia, et quae priscum aeuum sapiant. Dictio fere est HomERICA.“ etc.

Sed quid? si ipsa oratio et dialectus repugnat antiquo alicui Orpheo? Colligere quis tale quid possit ex Iamblichio (de vita Pythag. c. 34. p. 169. Kust.) qui in Pythagorica Doricae dialecti commendatione plerosque historicos ait tradidisse, **καρχηδον**

τῇ Δωρικῇ διαλέκτῳ καὶ Ὀρφεία, πρεσβύτερον ὄντι τῶν ποιητῶν, Orpheum Thracem, poëtis (nobilibus Homero, Hesiodo ceteris) antiquiorem, etiam antiquissima dialecto Dorica, vsum esse, cuius in Orphicis nostris vestigium ostendere difficile fuerit. Sed salua res est. Historici isti apud Iamblichum loquuntur de istis, quas *Θρήσσας σανίδας* ab Euripida vocari, modo vidimus, de his quae ab ipso Orpheo in literas relata esse dicebantur. Haec porro quae nunc exstant, ab Atheniensi Onomacrito Pifistratarum et Xerxis aetate literis ac libris mandata esse, communis plurium antiquorum sententia est, vt modo indicauimus. Hic Onomacritum potest vel conseruatis sententiis omnibus, et bonorum verborum parte, dialectum modo mutasse, Homericè et, vt sic loquar, Solonicè loqui antiquum Orpheam docuisse: vel pro suo arbitrio quae viderentur, addidisse, demississe, quam illius circa oracularem artem refert Herodotus (7, 6). Mihi quidem non fit probabile, simpliciter confingere omnia ausum esse, vel opus habuisse, vel potuisse adeo, Onomacritum. Debet iam magna in opinione fuisse Orpheus, debent iam circumlata tum esse variae eius carmina, ad quorum exemplum plura effingere ingenioso homini non difficile fuerit. Dorica quidem certe dialectus non magis debet valere ad impugnandam Orphicorum, quae supersunt, antiquitatem, quam Pelasgicae literae, quibus vsum Orpheam, est apud Siculum Diodorum (3, 66 p. 236, 67)

Denique illud quoque ad vniuersam de Orphicis disputationem pertinet, et hic velut praestruendum est. Non mirabor ego, si quaerat aliquis, Si antiqua sunt, quae habemus Orpheam carmina, si ac

Onomacriti certe aetatem assurgunt: qui non frequentior illorum apud antiquos fit mentio? Hic illud cogitemus, primo laudari tamen vnum alterumque versum a Platone (Cratylo p. 265, A), ubi philosophiam Heracliticam et Orphicam inter se comparat, et quidem non ita, ut Ὀρφικοί vel τὰ Ὀρφικά memorentur: sed discrete, λέγει δὲ πρὸς ἡμᾶς Ὀρφεὺς, laudari a Diodoro Siculo (I, II. it. 12) qui certe et Christianis omnibus, et recentioris scholae Platonice antiquior est.

De fide nostrorum Apologetarum, Clementis Alexandrini praesertim, hic non disputamus; qui vel primum Iliados versum esse leuiter inflexum ex Orphico carmine (cf. Fragm. XVIII), vel Pythagoram supposuisse versus suos, (Strom. I. p. 397, 14. vid. Potter.) ex scriptoribus, qui tum existisse debent, memorant: quale quid in mentem venire non potuit his, qui non iidem ante Pythagoram et Homerum existisse versus Orphei putarent. Sed ratio est in promptu, cur multa quidem debuerit esse Orphei apud posteros mentio: carmina ipsa ab initio homines vix ac ne vix quidem scriptis suis intexuerint. Mystica enim fuerunt pleraque omnia, pars religionum, orgiorum, mysteriorum, sub sancti silentii sacramento commendata mystis, quae diuulgari et referri salua pietate non possent. Itaque de Orpheo, ut inuentore omnium mysteriorum et caeremoniarum ac religionum auctore praedicare solent, a verbis ut religione consecratis, fere abstinent (Herod. 2, 81. Pauf. Boeot. 30. Celsus ap. Orig. 7 p. 367). Exorta Euangelii lux discussit illas tenebras, cum soluti prauis religionibus nostri nihil dubitarunt ἐξορχεῖσθαι (magnum crimen apud

anti-

antiquos illos, et ipsi Alcibiadi funestum) et quae agerentur in mysteriis, vulgare: quo in genere Iustinus Martyr et Alexandrinus Clemens primi videntur. Ceterum via semel aperta, nec alieni a nostra persuasione dubitarunt publicare, quae latere diutius non posse viderent, et hoc modo agere, ut quae ad ignominiam impietatem, turpitudinem traherent Christiani, ea ve ad rerum naturam declarandam, vel ad interiorum aliquam theologiam, seu metaphysicam dicere malis, referenda esse, persuadere hominibus studerent.

Operae autem pretium cum putarem, haec non ita modo vniuersim, post perlustratas cursim Orphicae reliquias, pronuciare, sed singula etiam seorsim considerare fragmenta; non contentus H. Stephani Eschenbachiique collectionibus, diligenter ex omnium scriptorum genere, quaecumque reperire potui, Orphica verba collegi (qua in re mirum in modum Indicibus me Fabricianae Bibliothecae insertis adiutum, ingrati esset dissimulare) et meis in schedis, non modo a quibus ea auctoribus, sed quo libro et loco libri ea conseruata sint, annotaui, ut iam in procliui sit reperire, quis scriptor, quibus verbis, quo consilio quemque locum protulerit. Quae res cum laboris non nihil habuerit, hoc vicissim commodi feret, uti appareat, quantum veri ac solidi sit in illa virorum doctorum Cudworthi (System. intell. p. 247) et Moshernii (ad eum locum n. 37) suspicione, a Iudaeis et Christianis similem hic fraudem admissam eius, de qua circa Sibyllinos libros versata nemo temere hodie dubitat. Atque hunc fructum laboris non nullius nostri, quem si absoluere liceat, vltimam fore humanarum occupationum mearum non sine causa suspicor, tum demum proferre integrum erit, cum Orphica omnia vno volumine comprehensa ac disposita commode exhibere contingeret: quo facto, quod nunc nimis impeditum ac spissum est, nullo pene labore, ipso velut oculorum coniectu arbitrari, qui volent, poterunt.

ΟΡΦΕΩΣ
ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.

INTERPRETATIO
LATINA


IO. MATTH. GESNERI.

1

©



ΟΡΦΕΩΣ ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.



Ὡναξ Πυθῶνος μεδέων, ἑκατηβόλε, μάντι,
 Ὃς λάχες ἠλιβάτῃ κορυφῆς Παρνασσίδα πέτρην,
 Σὴν ἀρετὴν ὑμνῶ· σὺ δέ μοι κλέος ἔδδλὸν ὀπάσσαις·
 Πέμ-

O Rex Pythonis potens, longe iaculator, idem vates,
 Qui sortitus aprici semper (*tibi soli semper accessi*) ver-
 ticeis rupem Parnassiam, Tuam virtutem cano; tu vicissim
 bonam

1. Ἄναξ Αἶ. 2. παρνασίδα Αἶ.

3. Κλέος ἔδδλὸν ὀπάσσαις.] Haec verba ita haftenus interpretati sunt, ac si poeta proprii sui nominis famam extendi ab Apolline petat. Sed praeter hunc, longe alius horum verborum esse potest sensus. Nimirum in hac inuocatione duo potissimum ab Apolline petit poeta: Primo, vt sibi vniuersam sequentis historiae seriem vere et ex ordine enarrare liceat, adiuuante et inspirante Deo; quemadmodum Virgilius: *Musa mihi causas memora* etc. quam partem absoluit his duobus versibus:

Σὴν ἀρετὴν ὑμνῶ, σὺ δέ μοι κλέος
 ἔδδλὸν ὀπάσσαις,
 Πέμμι δ' ἐπὶ προπίδοισιν ἑμοῖς
 ἱτυμυγόρον αὐδῆν.

Deinde, vt eandem historiam dulcibus modulis et sonoro carmine pertractare possit, quam partem itidem duobus sequentibus versibus absoluit:

Ὅφρα πολυσπερέεσσι βροτοῖς λε-
 γύφωνον αὐδῆν

Ἥπύσω, μέσσης ἔφετμοῖς καὶ κη-
 τίδι πυκνῇ.

Tò igitur κλέος ὀπάσσαις, optime, mea quidem sententia, exponi hoc sensu posset per *διαδομένην Φήμην διήγησον*, ita vt plane respondeat illi adducto Virgiliano: *Musa mihi causas memora*. Quodsi tamen quis in priori sensu accipere velit haec verba, huic quidem non repugnabo, modo non cum vulgatis interpretibus haec verba a sequentibus seiungat, sed in sequenti versu τὸ δέ pro copulativa, (quod saepe ita apud hunc poetam occurrit) habeat; ita vt sensus sit: Tu mihi hanc gloriam largire, vt late dispersis hominibus etc. Tò κλέος τῶν μέσων esse, omnibus notum. Quemadmodum etiam *clarus* apud Sallustium accipitur: *Apud socios clarè magis quam honesti*. Ὅπαζαν He-
 sychius

- Πέμπε δ' ἐπὶ πραπίδεςσιν ἐμαῖς ἐτυμηγόρον αὐδὴν,
 5 Ὀφρα πολυσπερέεσσι βροτοῖς λιγύφωνον αἰοιδὴν
 Ἦπυσω, Μῶσης ἔφεται, καὶ πηκτίδι πυκνῇ.
 Νῦν γάρ σοι, λυροεργέ, Φίλον μέλος αἰδόντος
 Θυμός ἐποτρύνει λέξαι, τά περ ἔποτε πρόδεν
 Ἐφρασ', ὅταν Βάκχοιο καὶ Ἀπόλλωνος ἀνακτος
 10 Κέντρῳ ἐλαυνόμενος, Φρικώδεα κῆλ' ἐπίφασκον,
 Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀκῆ' μετὰ δ' ἔρεια μύσαις
 Ἀρχαῖς μὲν πρῶτα χάρις ἀμέγαρτον ἀνάγκην,

Καὶ

4. πραπίδεςσιν Pr. P. A. I. ἰτημ. ΑΙ.

sychius exponit *χαρίζεσθαι*, Ὠπα-
 σεν, ἰχαρίζετο. Sic Prometheus
 apud Aeschylum: Πῦρ ἐγώ σφιν ὤ-
 πασα, quod Horatius: *Intulit.*

Audax Iapeti genus

*Ignem fraude mala gentibus in-
 tulit.*

Allibi etiam ὤπασε exponitur ἐτύ-
 πασε, vt apud eundem Aeschylum:
 ἐπτά ἐπὶ Θίβ. vers. 498. Non equi-
 dem ignoro, inferius τὸ κλέος ἐδλὸν
 ἐπάσαν occurrere alio sensu, sed
 ibi τὸ ἐπάσαν refertur ad κλέος,
 et interpretandum per verbum *se-
 qui*; hic vero refertur ad σύ.

ESCHENB.

6. Ἦπυσω.] Vt hic ἔφεται
 correpta media, sic ἔφεται, v. 67.
 Ἦ καὶ ἐπ' αἰλατίνους ἔφεται ἀλι-
 μυρία βίνθη: sic et alia multa ap.
 hunc poetam. H. STEPH.

6. Μῶσης ἔφεται.] i. e. carmi-
 ne. ἔφεται, nonnunquam pro
 ἀρμῶι vel ἀρμολόγῳ. et ita intel-
 ligunt interpretes Callimachum αἰς
 Δῆλον:

Ἄλλὰ Φίλη, δύνασαι γὰρ, ἀμύ-
 ναν πότνια δέλοισ

Τροτέρους, οἱ σῶ πίδαο πατίεσιν
 ἔφεται.

Vbi τὸ ἔφεται reddunt etiam *legi-
 time*. Sed vt dicam quod res est,
 in hoc Callimachi loco non videtur

recte verti *legitime* τὸ ἔφεται, sed
 σῶ ἔφεται coniungitur, tuo iussu
 terram peragrant. Iris nimirum
 et Mars, vt persequantur Latonam,
 quemadmodum in Hymno Panis,
 qui Orpheo tribuitur.

Βαίνα γὰρ τὰδε θῆα κίλυκιστα
 σαῖσι ἔφεται.

Mediam in ἔφεται hic auctor
 corripit, vt et infra in ἔφεται et
 alibi saepe, quod tamen Henricus
 Stephanus iam obseruauit. ESCH.

Πηκτίδι πυκνῇ.] τῶν πηκτίδων
 mentionem facit Aristoteles lib.
 VIII. c. VI. Politic. Athenaeus lib.
 IV. et XIV. Scaliger in *Historico*
 cap. XLVIII. haec refert; *Erat et*
πηκτίς duobus tantum nervis. Pili-
fabant autem radiolo altera manu,
quod plestrum a percussione appe-
larunt: altera premebant nervos
certis intervallis etc. πυκνῇ, nimis
 crasse reddunt: *lyram crassam.*
 πυκνὸς a πύκα est, hoc autem ἀντί-
 τῆ ἐπισημόνως παραλαμβάνεται,
 teste Aeschyli Schol. ad ἐπτά ἐπὶ
 Θίβας vers. 151. vnde ἐπὶ πύκασα,
 exponit: ἐντέχνως καὶ ἐπισημόνως
 ἔντανε τὸ τόξον. Quin ipsum ver-
 bum πύκασα ornatus quandam et
 elegantiae significationem habere
 videtur in versibus illis Arcestrati,
 qui citantur ap. Athenaeum lib. 11.

Ἄσ

bonam mihi gloriam praesta, tu immitte vocem praecordiis veridicam, vt disperfis late hominibus subtile carmen (5) Musae instinctu, argutaque cithara, insonem. Iam enim tibi, Lyricen, (*Musae*) gratum carmen dicere mens iubet, et canere, quae nunquam prius elocutus sum, quum Bacchi Apollinisque Regis stimulis agitated, horrenda (*eorum in gigantas*) tela enarraui: (10) *itemque* mortalibus aegris remedia, magnas religiones initiatis *enarraui*. Nempe antiqui primum chaus superiorem inuidia (*inuidiam*) necessitatem,

11. ἀκη μεγάλη, ὄρκια Pierf. V. Not. 12. Φάος Voff.

Ἄδ' δὲ σεφάνουσι κάρτα παραδαῖνα πικράζῃ

Παντοδαπῶς, οἷς ἂν γαίης πέδον ὄλβιον ἀνδοῖ.

Quid sit *vēs πικρός*, et *ἀήρ πικρός*, notum est. ESCHENB.

7. Λυροεργέ.] Nescio cur hic interpretes *λυροεργέ* maluerint exponere per *Lyrae inuentorem aut patrem*, quam simpliciter per *Lyricam*, cum tamen ipsum vocabulum graecum et fabula etiam hoc potius requirant. Mercurio enim huius instrumenti inueptio tribuitur, quod ab inuentore acceptum Apollo, ad fistulae modulus, lineis, quibus ante erat instructum chordis exemptis, atque nerueis intentis, adaptasse tantum legitur. vid. Scalliger loco superius adducto. Et aperte Horatius l. I. Od. X. Mercurium vocat *curvae lyrae parentem*. ESCHENB.

7. Recte Eschenbachius, quod *Lyricen* hic potius quam *lyrae inuentorem* intelligit: sic enim *γεωργός*, *ἐρικυγός*, *θεαργός*, *κροαργός*, e. i. g. a. non sunt, qui terram, lanam, deos, carnes inueniunt; sed qui tractant: sed hoc male, quod refert ad Apollinem, cuius mox v. 9 in tertia persona fit mentio. Breuiter, Musaeum suum alloquitur, ad quem directum totum carmen, fatis osten-

dit v. 1344. (conf. 856. 884. 1189.) Canit Orpheus, quae discat Musaeus, quibus lyrae sonos accommodet. GESN.

8. Θυμὸς ἰποτρύνα λέξαι.] Pindaricum hoc est, ita enim Ol. 3. *ἔσ γαίαν πορεύειν θυμὸς ὄρμασιν*. et paulo post: *Ἐμὲ δ' ἂν κα θυμὸς ὀτρύνει φάμαρ*. Claudianus: *Mens congesta iubet*, et: *totum spirant praecordia Phoebum*. ESCH.

9--45. Hunc locum merito Bibliothecae graecae inseruit Fabricius 1, 29, 3.

11. Io. Pierfon. Verif. 1, 9. p. 103. coniiicit pro *μετὰ δὲ* legendum esse *μεγάλα*, idque iungit cum *ἀκη*, sicut v. 38. *μέγ' ὄνεαρ*, et 467. *μέγα ὀφέλισμιν*, v. v. Mihi magis placerent *μεγάλ' ὄρκια*, quae *Φοικτὰ θεοῖς*, *ἄρρηκτα βροτοῖσιν*, vt v. 465. vocantur. Suspicor, tria hic velut capita carminum Orphicorum constitui, *κῆλα Φρικώδεα* Tela Deorum missa in Pythonem illum Parnassi possessorem, in Titanes, deinde curationes morborum, denique mysteria varia et ritus occultos, quod vltimum genus, vt suum proprium opus, latius explicat.

12. Ἀρχαία μὲν πρῶτα χάρις ἀμειγαρτον ἀνάγκην.] Per *ἀνάγκην* hic illa intelligitur necessitas, quam caussam omnium rerum multi statu-

Καὶ Κρόνον, ὃς ἐλόχευεν ἀπειρεσίοισιν ὑφ' ὀλοῦς
Αἰθέρα, καὶ διφυῆ, περιωπέα, κυδρὸν Ἐρωτα,

Νυκτὸς

13. ὡς — ὑπ' ὀλκ. ΑΓ. ἐλόχη ἀπειρεσίῃσιν Voss.

tuebant Philosophi, vt Democritus et alii. Ideoque et Chao et terrae apponebant necessitatem. Et Pythagoras τὴν ἀνάγκην τῷ κόσμῳ περικᾶσαι dicebat, vt auctor est Iamblichus in vita Pythagorae, quam obrem ἀνάγκη, ἢ πάντα κρατᾶσα, et, sec. Aristotelem ἐκ ἀλλο τι λέγεται πλὴν ὁ θεός, ἀκίνητον ἑστὶν ἄν. Eam tamen submittit Dei consiliis Hesiodus *ἔργ.* v. 15.

Οὔτις τήν γε Φιλᾶ βροτὸς, αἰδ' ὑπ' ἀνάγκης

Ἄθανάτων βελῆσιν ἔριν τιμῶσι βαρῆαν.

Hanc de necessitate doctrinam recoxit nuper Spinoza, qui sentit omnia semper fuisse et esse necessaria. Ἀιθέρατον, Hesychius ἀφθόνητον, ἀζήλωτον, ἢ πολὺ, ἢ μέγα ὡς τὸ ἀμέγαρτε συβῶτα, ᾧ ἐκ ἄν τις φθονήσεν. Cuius magnitudo tanta est, vt inuidiam exuperet, quod Horatius lib. II. od. XX. dixerit *inuidia maior*. Catullus in eundem fere sensum:

*Aui ne quis malus inuidere possit,
Cum tantum sciat esse basiorum.*

Quemadmodum etiam in contrarium idem vocabulum accipitur de eo, quod ne quidem inuidiam metetur. Sic apud Aeschylum in *Supplic.* v. 650. αἰδῶνται δ' ἐκέτας Διός, ποίμναν, τάνδ' ἀμέγαρτον. ad quae Scholia: Τὴν ἑμῶν σύτασιν ἀφθόνητον, διὰ τὸ ἀτελέε. ita fortassis ἀμέγαρτον πόνον dixit Homerus *Iliad.* β. v. 420.

Ἄλλ' ὄγε δέκτο μὲν ἱρὰ, πόνον δ' ἀμέγαρτον ὄφειλαν.

Aeschyl. Prometh. Τὸ τῆς ἀνάγκης ἔσ' ἀδύριτον δένος. Sed alio sensu.

ESCHENB.

13. Ἀπειρεσίοισιν ὑφ' ὀλοῦς.] Ambo interpretes latini, ignoti nominis ἔμμετρος, et Renatus Perdrerius, hic legisse videntur: ἀπειρεσίοισιν ὑπ' ἄλκοις, forte non ad eo male. Magis tamen arridet haec lectio, quippe quam omnia quae habui exemplaria excusa seruant.

Ἄλκος, ab ἔλκω, propriissima et proxima significatione est *extensio*, seu extractio, vt ita dicam, *in longum*. Vnde Scholiastes Nicandri ad illa ex Alexipharmacis:

— ἀμφὶ δὲ ὀλοῦς

Τέτρηχε γλώσσης νεάτος ὑποκάρεται ἰδμός.

Ἄλκος, inquit, περιφραστικῶς τὸ μῆκος καὶ ἢ παρτάσις τῆς γλώσσης. Latinum *Tractus* commodissime huic graeco respondet: *Tractus* enim, (quod et Giphanio ad Lucretium obseruatum est) fere est longa rerum extensio, vt: *Tractus longi flammatarum*, apud eundem Lucretium, quos Graeci alias διαζρόιαι, minus tamen feliciter, et Aratus ῥυμᾶς dicunt. Ita etiam Virgil. i. Georg.

Flammatarum longos a tergo albescere tractus.

Vnde Manilius speciem cometarum facit, quos *Tractos* ob extensionem caudae appellat. *Trahere vitam, tempus, aeuum*, non minus notae quam elegantes locutionis formae. Neque etiam infrequens ipfius verbi ἔλκω in Aethereis et coelestibus describendis apud auctores vsus est: Aratus in Phoenom. de naue. ὡς ἤγε πρύμνηθεν ἰσηονίς ἔλκεται ἀργῶ. Vbi Scholiastes τὸ ἔλκεται simpliciter exponit per τὸ φέρεται. Cicero vertit:

At

tem, et Saturnum, qui immensis tractibus (nixibus) progeneravit Aethera, et geminum, conspicuum, nobilem Amorem,

ὕπ' ὄλ. etiam Pr. AIC. V. N.

At canis ad caudam serpens prolabitur Argo,

Conuersam prae se portans cum lumine purpura.

Idem statim ab initio Phaenon.

Οἱ μὲν ὁμοῖς κολλέες τε, καὶ ἄλλοῖς ἄλλοι εἶντες

Οὐρανῷ ἔλκονται πάντ' ἡμῶν συνεχῆς αἶψ.

Vbi rursus Scholia. Οὐρανῷ δὲ ἔλκονται, ἀντὶ τῆ συν τῷ ἄρανῷ φέρονται. et Cicero lib. II. de Nat. Deor. reddit:

Caetera labuntur caeteri coelestia motu.

Cum coelo simul noscesque diesque feruntur.

ESCHENE.

13. Vix dubito, quin vera huius loci lectio seruata sit a Steucho de perenni Philos. 7, 10. p. 431. pr. ἀπαρσιόσις ὑπὸ κόλποις. Suadet hoc illa aspirationis absentia, quam in V. L. indicauimus: suadet illud, quod κόλποι ad λοχίαν, generationem, sunt sine dubio accommodatiores ὄλοποι, aut ὄλοποις adeo. Κόλποι βρυβῆς Fr. 16, 3 quid sint, dubitari non potest. Ita Fragm. 6, 9 Ζηνὸς ἐν γαστέρι omnia nata sunt, et v. 36 ἱερὰ νηδὺς commemoratur. Add. Fr. 8, 4 et 8 it. 19: praesertim Fr. 22. Αὐτὰρ Ἔρωτα Ζεὺς καὶ πνεύματα πάντα τέκνωσε, vbi τέκνωσε plane respondet τῷ ἰλόχευσεν. Apud Aristoph. Auib. 695. Ἐρέβας ἐν ἀκάρσι κόλποις τίνα Νύξ.

GESN.

* 14. Mihi videtur, διφυῆ referri ad communionem vtriusque sexus, quam Dis tribuebant (vid. F. 6, 11); idque inductione probari posse locorum, quae Index s. Lexicon Or-

phicum ostendit. Res ipsa, de duplici sexu, plane Orphica. Sic Fr. 6; 11 Ζεὺς ἄρσιν γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔκλετο νόμφη. De Luna H. 8, 4 Θῆλύς τε καὶ ἄρσιν, quam διφυῆ dixerat v. i. De Minerua H. 31, 10. Ἄρσιν μὲν καὶ Θῆλυς ἔφη. H. 41, 5 Misen vocat Ἀρβόνα καὶ Θῆλυν, διφυῆ. Ceterum, hic ἔρωτες idem est quem πρωτόγονον διφυῆ vocat H. 5, 1. GESN.

14. Καὶ διφυῆ περιωπτεῖ κεδρὸν ἔρωτα.] Τὸ διφυῆ, amoris etiam tribuitur in Hymnis qui vulgo Orphico adscribuntur, vbi in ἔρωταθ θυμώματι, v. 4. εὐπάλαμον, διφυῆ, πάντων κληῖδας ἔρχοντα. Scalliger reddit: *Causa, gemelle puer, qui cunctorum aediuus es.* L. Seneca in Hippolyto:

*Dima, non mihi generata ponto,
Quam vocat matrem geminus cupido.*

Nil notius in Socratica schola quam διφυῆς hic amor, qui modo dicitur διπλῆς θεός, vt apud Lucianum in Amoribus, pag. editionis nouae 899. modo δύο κάδων, vt apud Achillem Tatium lib. II. de Clitoph. et Leucipp. Amor. et aliter aliis. Nam amorem alterum dicebant ἄρσινιον, alterum κύνδημον, de quorum contraria inter se natura, vide praeter citatos auctores Platonem, Xenophontem in Sympos. Lucianum in Encomio Demosthenis, Apuleium et alios. Illum ἄρσινιον Orpheus in hymnis vocat πρωτόγονον et ibidem etiam διφυῆ. per πρωτόγονον enim intelligitur ἔρωτες. Nam amorem omnium Deorum, vetustissimum credebant Theologi, et illo tempore natum, quo nondum

15 Νυκτὸς ἀεγυνήτης πατέρα κλυτὸν ὃν ἴσα Φάνητα
 Ὀπλότεροι καλέεσι βροτοί· πρῶτος γὰρ ἔφάνθη.
 Βριμῆς τ' εὐδυνάτοιο γοναίς, ἠδ' ἔργ' αἰδήλα
 Γηγενέων, οἱ λυγρὸν ἀπ' ἕρανθ' ἐσάξαντο

Σπέρ-

16. κηλήσκου Αἰ. Voff. PAI.

17. βριμῆς τε — ἔργα Voff.

ἐρχ' Αἰ.

coelum ac dii erant, de quo vid.
 Hesiod. Theogon. et Platonem in
 Convivio. ESCH.

15. De Phanete plura hic non
 addimus. Orphica loca prodit vo-
 lentibus Index in Φάνης et ἤρικα-
 παῖος. GESN.

15. [Ὀν ἴσα Φάνητα.] Insignis locus
 apud Lactantium lib. I. de falsa re-
 ligione cap. V. de hoc numine. Or-
 pheus, inquit, qui et vetustissimus
 poetarum, et aequalis ipsorum deo-
 rum, (siquidem traditur inter Ar-
 gonautas cum Tyndaridis et Her-
 cule nauigasse) Deum verum et ma-
 gnum πρωτόγονον, primogenitum
 appellat, quod ante ipsum nihil sit
 genitum; sed ab ipso sunt cuncta
 generata: eundem etiam Φάνητα
 nominat, quod cum adhuc nihil es-
 set, primus ex infinito apparuerit,
 cuius originem atque naturam quia
 concipere animo non poterat, ex aere
 immenso natum esse dixit.

Πρωτόγονος Φαίδων περιμήκεος
 ἠέρος υἱός.

Similem locum habemus in πρωτο-
 γόνε θυμιάματι, ubi praeter alia,
 quae apprime his conveniunt, il-
 lum πρωτόγονον suum Φάνητα etiam
 vocat et πρήπων ἀνακτα. Vnde mi-
 rror Scioppium, optime alias de
 Priapo meritum, hoc tamen Priapi
 nomen non aduertisse, maxime
 cum Nonnus in explicatione histo-
 riarum, quarum meminit Nazian-
 zenus, tam luculenter hoc numen
 describat: ἐν τοῖς ὀρφικοῖς ποιήμασι,
 ἴηκται, συνασκήθη τὰ δύο ταῦτα
 ἐνόμαται, μετα καὶ ἀδλων ποδῶν,

ὃν τὸν Φάνητα εἰσφέρει αἰδοῖον ἔχον-
 τα ἄπισω περὶ τὴν πυγὴν, λέγεται δ'
 αὐτὸν ἔφορον τῆς ζωογόνου δυνάμεως.

ESCHENB.

16. Probe antiquus Φάνης, si
 Noctis pater, e qua orta fere reli-
 qua, docent Theogoniae v. g. He-
 siodea 124. Atque haec quidem
 v. 120 antiquiorem facit Amorem:
 sed Aristophanica Auib. 697 No-
 ctis filium et Erebi praedicat. Ve-
 rum hanc abyssum non ingredimur.
 Ceterum hunc locum ex memoria
 laudavit auctor Etymol. M. obser-
 uante Cl. Ruhnkenio Ep. crit. 2. p.
 69 in haec verba, τὸν δὲ καλέεσι
 Φάνητα, ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι Φαν-
 τὸς ἐγένετο.

17. Βριμῶ esse Hecaten non est
 dubium: sed eandem esse ex alia
 mythologia, alia relatione Cere-
 rem h. e. terram frugiferam, ae-
 que constat. Apud Clem. Alex.
 Cohort. p. 13, 21 Potteri, memo-
 rantur Δηῆς μυστήρια, καὶ Διὸς πρὸς
 μητέρα Δίμητραν ἀφροδίσοι συμ-
 πλακαί, καὶ Μῆνης — ἥς δὲ χάριν
 Βριμῶ προσαγορευθῆναι λέγεται.
 Totam fabulam, cuius certe corti-
 ces valde foedi sunt, ex ipso Cle-
 mentis loco, vt videtur, repetit
 Arnobius adu. Gentes 5. p. 170.
 Breuiter, Iupiter fit ex Deo tau-
 rus, — agit incestius res suas, —
 cognitus evolat: ardescit furiis at-
 que indignationibus mater, — nec
 fremitum continere irarum volens,
 ex continua passione Brimo deinceps
 ut appellatur, assumfit etc. Haec
 est

rem, (15) aeternae Noctis inclitum parentem, quem Pha-
neta Luciferum iuniores homines vocant: primus etenim
in lucem ipse prodiit. Tum *cecini* Brimus potentis nata-
les, et noxia Gigantum facinora, qui *vulnerati a DIs* tri-
ste

18. Γιγάντων vulg. Τιτάνων conl. Pierf. V. N. λυγρόν sphal. Iunt.
ἐντ. sphal. AIC.

est μήτις θεᾶς, quam cecinit Or-
pheus, vid. Fr. 18, 7. GESN.

17. Βριμῆς.] i. e. Hecates. Apol-
lon. Argon. 111. v. 859.

Ἐπτά μὲν αἰνάοισι λοεσσαμένη ὑ-
δίτεσσον,

Ἐπτάκι δὲ Βριμῶ κροτοτρόφον ἀγ-
κκλέτασα,

Βριμῶ νυκτιπόλον, χθονίην, ἐνέ-
ρσιον ἀνασσαν

Ἀνυγίην ἐνὶ νυκτὶ σὺν ἑρφυνάοισι Φα-
ρῆσει.

Et ibid. vers. 1210.

Βριμῶ κελεύσων Ἐκίτην.

Lycophron Cassandr. v. 1175.

Περσεύς δὲ πάριθεος

Βριμῶ τρίμορφος Ἰύστεταί σ' ἰκω-
πίδα.

Dicitur autem Βριμῶ, διὰ τὸ Φο-
βερόν καὶ καταπληκτικὸν τῆς δαί-
μονος, καὶ Φάσματα ἐπιπέμπαν τὰ
καλέωμενα ἐκτάλα. καὶ ποδάκις
αὐτὰ μεταβάλλαν τὸ ἄδος, διὰ τὸ
ἔκπεσαν καλῶσαι. Ἡ παρὰ τὸν
Βρόμον, τὸν τῆ πυρὸς φύλον. Ἡ
γαίᾳ θεὸς λαμπαδῆχος etc. vid.
Apollon. Schol. ad lib. III. v. 859.
Hic tamen potius per Βριμῶ terram
intelligendam esse arbitror. Quem-
admodum etiam infra vers. 427. sed,
fateor, nunquam terram hoc no-
mine appellatam legisse me me-
mini. ESCHENB.

18. Γιγάντων locum habere non
posse, pulchre vidit Pierfonus.
Blanda etiam emendatio quam pro-
posuit, Verif. 1, 9 p. 103. Quam
facile Γ & T confundantur, appa-
ret vel ex dictis ad v. 11. Sed cum
Vossiani Codicis lectio sit aequae

certe probabilis, quam non ab in-
genio correctoris profectam, sua-
dent tot vitia, quae ob id ipsum
non dissimulamus, vt hoc intelli-
gatur; eam praefendam duxi.
De re ipsa dubitari non potest vel
folius auctoritate Callimachi Lau.
Pall. 8. Τεύχεα τῶν ἀδίκων ἦνθ'
ἀπὸ γηγενέων, Schol. τῶν γιγάντων.
Plura dabunt ad Hefych. VV. DD.
Conf. infra v. 427. GESN.

18. Fraudi fuit hominibus igno-
ratio fabulae non abstrusae, quam
Ouidii verbis ponemus Met. 1, 157.
*Perfusam multo natorum sanguine
Terram Inmaduisse ferunt, calin-
dumque animasse cruorem: Et ne
nulla ferae stirpis monumenta ma-
nerent, In faciem vertisse homi-
num etc.* Sanguinem dixit gene-
ralius Naso, quod hic scriptor σπέρ-
μα γονῆς. Fabulam similem de
Coelo, Saturni patre vid. Lap. 18.
de Haematite. GESN.

18. Οἱ λυγρόν ἀπ' ἄραν ἑτάξαν-
το σπέρμα γονῆς τὸ πρόδεν.] Non
cappio hic interpretes nugae nobis
vendent. Perdrierius vertit;
*qui exitium aduersus coelum stru-
xerunt, semen generationis praee-
cedens.* Primo τὸ λυγρόν ad σπέρ-
μα respicere quis non videt? et
quis dixit ἀπ' ἄραν in hac signifi-
catione? et quid illud semen ge-
nerationis praecedens? sane sine
sensu verba. Interpres ἑμμετροῦς
nihilo felicior Perdrierio, reddit;
*qui in superos aciem struxere ne-
fundam.* Sed quid multis? nihil
aliud vult dicere poeta, quam hos
Gigan-

Σπέρμα γονῆς τοπρόθεν, ὅθεν γένος ἐξεγένοντο
 20 Θηπέων, οἱ κατὰ γαῖαν ἀπείριστον αἰὲν ἔασσι·
 Θηπέϊαν τε Ζηνός, ὄρεσιδρόμῃ τε λατρείαν
 Μητρὸς, αὐτὴν ἐν Κυβέλοισι ὄρεσιν μητ' ἴσατο κέστην.
 Φερσεφόνην περὶ πατρὸς ἀμαιμανέτῃ Κρονίωνος·
 Μήχῃ καὶ Ἡρακλῆος περίφημον ἄμυξιν·

* Ορκια

20. *Esasi alii puto omnes. Homericam, puto, rationem recte seruauit Steph.* 22. ὄρεσι — μητ' ἴσατο Αἶ.

Gigantes ortos esse ex a Saturno reciforum testiculorum patris Coeli sanguine, qua de re Hesiodus proluxe in Theogonia. Ordo verborum hic est: οἱ ἀπ' ἀρανῶ ἐσάζαντο, (quasi guttatim delapsi sunt) σπέρμα λυγρὸν γονῆς τὸ πρόθεν. editio Basileensis Andreae Cratandri pro ἐσάζαντο, legit ἐνσάζαντο.

ESCHENB.

21. Θηπέϊαν Ζηνός nondum inueni, nec memini quidquam de illo narrari simile Apollinis illi apud Admetum seruituti, quam tangit noster v.174. Quid si Θηπέϊαν interpretemur, non quam Iupiter praestet alii, sed quae ipsi exhibeatur, ministerium adeo et cultum religiosum? Certe λατρείαν matris Deorum sic intelligendam nemo negarit.

22. Quod in ὄρεσι v. ἐφελκυσικὸν omiffum est in MS. illud non simpliciter negligentiae tribuendum esse, docent passim Ernestinae ad Homerum obseruationes. Certe verum satis hic vel caesura fulcit vel sequens liquida. Sed nec omiffum est in μητ' ἴσατο temere. Fuit, credo, μητ' ἴσατο, vt μητ' ἴσασσι 1330. GESN.

22. Ἐν Κυβέλοισι ὄρεσιν.] Ad doctissimi Holstenii notas ad Stephanum, voce κυβέλαα, vnde et doctior et ditior redibis. ESCH. Sed nihil ad h. l. GESN.

23. Leue est, sed ad intelligentiam et lucem loci facit, quod περὶ retracto accentu scribi iussi, vt intelligatur esse praepositionem casui suo postpositam; πατρὸς autem esse genitiuum, qui ad κέστην refertur.

24. De priori hemistichio haereo. Nec Μήχῃ quo pertinere possit, aut quid significare queat, video: nec quid Μήλωνος epitheton, a Polluce 1, 31 praefertim declaratum, hic sibi velit, assequor. Sed Herculis περίφημον ἄμυξιν non dubito referri ad illam lacerationem a Deianirae munere, peplo sanguine Nessi centauri infecto, ortam, furoris et mortis adeo illius causam, descriptam breuiter Apollodoro 2 p. 136, argumentum Trachiniarum Sophoclis, et Herculis Oetei, quae Senecae adscribitur. Personatus Pandulfus Colletutius, Eschenbachii contra Io. Clericum patronus, de quo in praefatione aliquid dico, p. 44 omnes labores atque aerumnas eo nomine comprehendendi, fat fidenter pronunciat, certe non improbabiliter. GESN.

24. Μήχῃ καὶ Ἡρακλῆος.] Exemplar Basileense legit hic μήχῃ τε καὶ Ἡρακλῆος. R. Perdrierius vertit Meius, ligatus interpres, Maelius. Nihil horum. Locus corruptus est. Lege igitur, sis, Μήλωνός τ' Ἡρακλῆος περίφημον ἄμυξιν.

Hesy.

ste semen antiquum generationis (*genitale*) de caelo stilla-
runt, unde genus mortalium exortum est, qui semper per
immensum terrarum orbem viuunt. (20) Seruitutemque
Iouis, montiuagaeque cultum Matris, quae in Cybelis
montibus sollicita cogitauit de puella Proserpina patris in-
expugnabilis Saturnii, Meliique Herculis famosam lacera-
tio-

23. *περί omnes.* 24. *Μήλας Af. et Chiv. sū Μήλας et in marg.*
Μήλας Voff. Μήλας τε καὶ P. AIC. έρακ. C.

Hesychius: *Μήλων, Ἑρακλῆς, ὀνο-*
μαδῆσαι φασὶ τὸν θεὸν ἔτος διὰ τὸ
μὴ ἱερεῖα εἶεν αὐτῷ τὰς μελιτῆς
ἀλλὰ τὸν καρπὸν τὰ μῆλα. Cosp-
fer Suidam voce *Μήλιος Ἑρακλῆς,*
et Pollucem. Quamquam forte
etiam legi posset

Μηλάς τ' Ἑρακλῆος περίφημον
ἄμυξιν.

Sumto nomine a Malino caudice,
apud quem Hercules Draconem
Hesperidum hortos custodientem
interemit. Occasionem huius con-
iecturae suppeditauit nobis Apollo-
nius IV. Argon. v. 1400. vbi haec
legimus:

Δὴ τότε γ' ἤδη κᾶνος, (nempe
χθόνιος ὄφις) ἔφ' Ἑρακλῆς
δαίχθαι,

Μήλαον βέβλητο ποτὶ εἶκος etc.

Per *ἄμυξιν* autem hanc nihil aliud
intelligo, quam auxilium quod tulit
Hercules Ioui, cum Titanes coe-
lum vi aggressi essent. Cum enim
in Phlegra Dii cum Titanibus an-
cipiti praelio diu decertassent, aiunt
terram Ioui dixisse, non aliter
deos Titanibus superiores futuros,
nisi duos semideos sibi belli so-
cios et adiutores adiungerent. Ita
Bacchus et Hercules accersiti sunt:

quorum opera et virtute dii im-
mortales victoria sunt potiti. Sed
et alias in fabulis saepe Bacchus
et Hercules coniunguntur. Com-
municauit mecum Traiecti ad Rhe-
num nummum antiquum aereum
Vir Clarissimus, Engelberth van
Engelen, si quisquam alius, re-
conditae antiquitatis et imprimis
nummariae rei scrutator diligen-
tissimus, in cuius nummi altera
facie Bacchus hedera coronatus
conspicitur, altera Hercules cum
claua et leonina pelle, cum in-
scriptione: *ΗΡΑΚΛΕΟΤΣ*
ΣΩΤΗΡΟΣ ΘΑΣΙΩΝ. Eun-
dem nummum, sed argenteum
et optime conseruatum liberalissi-
ma manu comunicauit etiam
mecum *VIR* quidam non minus
summa ac recondita eruditione,
quam generis splendore ac digni-
tate *ILLVSTRIS*, cui pro sum-
mo, quo me semper fouit hodie-
que fouet patrocinio, publicas
quidem grates debeo, sed quod
eas nondum persoluerim, pudor
et reuerentia in causa fuit, ne
infacundia mea illius gloriae of-
ficerem potius, quam dignis il-
lam praeconiis celebrarem. Hu-
ius nummi figuram ex optimo
illo exemplo descriptam hic ex-
hibemus.

Cuius

25 Ὅρκιά τ' Ἰδαίων, Κορυβαίντων τ' ἀπλετον ἰχθύν·
 Δημήτρως τε πλάνην, καὶ Φερσεφόνης μέγα πένθος
 Θεσμοφόρος δ' ὡς ἦν· ἠδ' ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων·
 Χρησμές τ' ἀρρήγτες νυκτὸς περὶ Βάκχε ἀνακτος·
 Δῆμνόν τε ζαθέην ἠδ' εἰναλίην Σαμοθράκην,

Αἶπετ

27. Θεσμοφόρον δ' ὅσιν conii. Pierf. p. 104.



Cuius nummi explicationem, licet huc non multum faciat, tamen subiungere placet. Herculem inter maiores suos referebant Θάσιοι, decem generationibus distantem Thaso, conditore eorum. Quod patet ex Stephani Byzantini loco, a clariss. Holstenio emendato, voce Θάσσιος, seu melius Θάσιος. Δέκα δέ, inquit, Γενεαῖς Ἡρακλέως ἦν Θάσιος παλιότερος, ἄπορ ἀπὸ Ἀγήμερος, Προῖτος ἦν, Ἀγήμερος δέ, Βήλος ἀδελφὸς ἦν, Βήλος δ' Αἴγυπτος, ἔ Λυγκεύς, ἔ Ἀβρις, ἔ Δανάη, ἦς Περσεύς, ἔ Ἀλκίονος, ἔ Ἀμφιτρύων, ἔ Ἡρακλῆ. i. e. Decem vero generationibus Hercule erat Thasus antiquior, siquidem ab Agenore Proetus erat, Aginoris vero Belus frater, Beli vero filius Aegyptus, cuius Lynceus; cuius Aias; cuius Danaë; cuius Perseus; cuius Alcaeus; cuius Amphitryon; cuius Hercules. Unde non mirum, si Thasii Herculem, vnum ex maioribus suis, et hunc praecipuum,

et hunc deum, maxime coluerint tanquam tutelarem deum; quamobrem etiam templum ipsi extruxerunt magnificum, cuius mentio apud Eustathium. Qui tamen ex Arriano refert, templum istud Herculis apud Thasios conditum fuisse a Phoenicibus, qui Cadmo duce, quos inter et Thasus fuit, ad Europam quaerendam fuerant missi: quod tamen, si Stephano credimus, falsum erit. cum enim Thasus inter Phoenices istos fuerit, quos hoc templum extruxisse refert Arrianus, qui potuit nondum nato Herculi, tot saeculis antiquior, templum consecrare? Ideo clariss. Holstenius arbitratur, non aliam ob causam Stephanum hoc loco decem hasce generationes, quibus Hercules a Thaso distabat, enumerasse, quam vt Arrianum falsi accusaret. Ad Bacchi vero effigiem quod attinet, cui non innotuit vinum Thasium? cui hederam hic suspendere nolo.

ESCH.

25. Ὅρ

tionem, et sacra iurata Idaeorum, Corybantumque immensum robur, (25) Cererisque errorem, et de Proserpina magnam luctum: utque Legifera fuerit; atque splendida Cabirorum dona, oraculaque silenda Noctis de Baccho rege, Lemnonque diuinam, atque marinam Samothracen, altam-

25. Ὀρκια τ' Ἰδαίαν.] Ambo interpretet hic legisse videntur ὄρκια, quod non improbo. Alter Orpheus in ὕμνω Καρήτων:

Μητρὸς ὀρκομανῆς συνοπάνας,
ὄργιοφάνται.

ESCHENB.

25. Ὀρκια et ὄρκοι adeo magnam cognationem habent cum ὄργιαις et τελεταῖς, vid. hic -v. 465 ὄρκια Φρικτά, et Fr. 5: quo minus illa hic damnare, vel in suspicionem adeo adducere meum est. Sed nec argumentum ipsum, et, res quae hic indicantur, explicari aliquis vltra postulet, quam ad versus ipsos intelligendos opus est. Ita de Idaeis hoc solum obseruamus, quod est apud Diod. Sic. 5, 64 ex Ephoro et aliis, ἐπὶ ῥέξαντας γόητας ἐπιτηδεύσαι τὰς τε ἐπιφάσ καὶ τελεταῖς, καὶ μυστήρια — καὶ τὸν Ὀρφέα, φύσει διαφύρω κεχορηγημένον πρὸς ποίησιν καὶ μελωδίαν, μαθητὴν γενέσθαι τῶν, καὶ πρῶτον αἰς τὰς Ἐλλάδας ἐξενογκᾶν τελετὰς τε καὶ μυστήρια.

GESN.

26. Luctus non Proserpinae ipsius, sed ob eam raptam a Cerere susceptus.

27. Ἀγλαὰ δῦρα Καβείραν.] Hos et sequentes versus optime explicauit Strabo lib. X. et Apollonii Schol. ad lib. I. vers. 916. 917.

ESCHENB.

27. Sanus mihi videtur hic versus. Cecinerat Orpheus, quomodo Ceres fuerit in illo ipso errore suo legifera, cum sine eo frugifera

esse non posset. Hanc duorum mulierum Cereris coniunctionem esse inter argumenta Eleusiniorum sacrorum, satis constat. GESN.

28. Νυκτὸς.] Fortassis scripserit auctor Νυσιῶ περι Βάκχου ἄνακτος, adhibita συνεκφωνήσῃ in voce Νυσιῶ, figura alias quoque poetae nostro valde familiari. Νύσιος vero ἄναξ Bacchus etiam dicitur ab Opplano lib. IV. Cyneg. v. 306. vnde etiam apud Suidam νυσηδὸν ὄρος ἐστὶ Διονύσου. νυσίω ἀρχήσῃ, ἀφ' Διονυσιακά. Sed nihil definitio. Tu, lector, iudica. ESCH.

28. Nihil mutandum. Νύξ, eadem Μαῖα, Iouis consiliaria, de qua Fr. 10, consilium et oracula videtur dedisse etiam in Bacchi a Titanibus lacerati restitutione, quod argumentum ab Orpheo tractatum, indicat Clemens Alex. et Arnobius laudati ad Fr. 17. Illos porro χρησμῶς ἀβρόγῃς vocat, quod essent pars mysteriorum Bacchicorum. Denique ne miremur, χρησμῶς Nocti tribui, cogitemus, quid scripserit antiquus auctor argumenti Pythiorum Pindari, medio: vbi de Apolline, ἄτα, inquit, ἔρχεται ἐπὶ τὸ μανταῖν, ἐν ᾧ πρώτη Νύξ ἐχρησμήθησεν, ἄτα Θέμις. Πυθῶνος δὲ τότε κυρνεύσαντος τῷ προφητικῷ τρῖπος, ἐν ᾧ πρῶτος ὁ Διόνυσος ἐθεμίσεισε κ. τ. λ. GESN.

29. In Lemno appulisse Argonautas, et a mulieribus ibi detentos, narratur hic 469. sq. Sed eadem forte occasione hic instituit Orpheus

30 Αἰπεινήν τε Κύπρον, καὶ Ἀδωνάειν Ἀφροδίτην,
 Ὀργια πραξιδικῆς, καὶ ἀρείνης νυκτὸς Ἀθήνης,
 Θρήνες τ' Αἰγυπτίων, καὶ Ὀσίριδος ἱερὰ χύτλα.
 Ἄμφι δὲ μαντεῖς ἐδάεις πολυπείρονας οἴμβας
 Θηρῶν οἰωνῶν τε, καὶ ἡ σπλάγχχνων θεῖσις ἐσίν

31. μητρὸς Voff. quid si νύκτας? F. ἀρείνης V. N.

phesus sacra Cabirorum, qui Vulcani filii dicebantur, antiqui Lemniorum dei. De his itaque, etiam in quantum ad Lemnum pertinent, copiose Gutberlethus de mysteriis deor. Cabir. c. 12. Nobis sufficiet hic Hesychii locus, Κάβαροι — πάνυ τιμῶνται ἐν Λήμνῳ ὡς θεοί, λέγονται δὲ εἶναι Ἡφαίστε παῖδες. Et Athenagorae Legat. c. 5. Διαγόρας ἀκότως ἀθεοῦτητα ἐπεκάλεον Ἀθηναῖοι, μὴ μόνον τὸν Ὀρφικὸν εἰς μέσον κατατίθεντι λόγον, καὶ τὰ ἐν Ἐλευσίῃ, καὶ τὰ τῶν Καβείρων δημιόνοντε μυστήρια. Cic. de N. D. 1, 42 ex veteri poeta, *Omitto Eleusinam — Samothraciam, eaque, quae Lemni Nocturno aditu occulta coluntur* etc. De Samothrace peruulgata omnia, et diligenter insuper collecta a laudato Gutberletho. Hic satis est inspexisse hoc ipsum poema v. 464 sq. et H. 37, 4.

30. Cyprum plenam religionibus, Veneris praesertim fuisse constat. *Festa piaae Cereris celebrabant annua matres* etc. Ouid. Met. 10, 431. Vid. Steph. Byz. V. Ἀμαθῆς. De Cinyra auctore colendae Veneris passim nostri apologetae, v. g. Clem. Cohort. p. 12, 24 Pott. Quod autem Cypriorum Aegyptiorumque sacra etiam hic commemorantur, illud cum eo congruit, quod passim historici narrant, illum, quae ab Aegyptiis aliisque didicerat, ad Graecos transtulisse.

vid. v. g. Diod. Sic. 1, 23. et 96. et hic v. 43. GESN.

30. Αἰπεινήν τε Κύπρον etc.] Alter Orpheus ὕμῳ εἰς Ἀφροδίτην.

Εἴτ' ἐν Κύπρῳ ἄνασσα τροφῆ σθε, ἐνθά καλοῖσθε

Παρθένοι ἀμῆται νύμφαι τ' αἰνὰ πάντ' ἐνιαυτὸν

Ἵμνῶσθε μίκαερα καὶ ἀμβροτον ἄγγον Ἀδωνιν.

Vid. Lucianum de Dea Syria. ESCH.

31. Ὀργια πραξιδικῆς.] Suidas, *πραξιδική, θεὸς ἢ κεφαλὴν μόνον ἰδύοντο.* Hesychius: *Πραξιδική, δαίμονά τινά φασι, τὴν ὡσπερ τέλιος ἐπιτεθῆσκαν τοῖς τε λεγομένοις καὶ πρακτομένοις.* Conf. Pausaniam in Boeoticis et Laconicis, Scaligerum ad Festum, et imprimis Meursium in libro de Regibus Atticis, vbi copiose de hac Dea agit, et ostendit, Alalcomeniam Ogygi filiam, Mineruae nutricem potissimum intelligendam esse. ESCH.

Καὶ ἀρείνης νυκτὸς Ἀθήνης.] Quid sit ἀρείνη Ἀθήνη, non capio, licet omnes editiones hanc lectionem fideliter seruent. ἀρείνης melius legi, nemo dubitabit, qui Pausaniam euoluerit in Atticis, vbi de ἀρείῃ Mineruae eiusque templo agit. Quae vero est illa vox Mineruae Ariae, de qua hic auctor? Valde mihi verosimile videtur, respicere auctorem ad Sacra Eleusinia passim auctoribus celebrata, et de quibus Iustinus lib. II. cap. VI. his verbis: *Per ordinem deinde successionis regnum ad Erechtheum descendit,* sub

tamque Cypron, et deditam Adoni Venerem, (30) Areaque Mineruae noctes, luctusque Aegyptiorum, et sacras Osiridis inferias: ac de diuinandi arte multiplices didicisti vias *ex motibus* ferarum auiumque, et qui extorum situs sit: Et quaecunque diuinant somniorum interpretandorum

33. ἰθάην — ὄρμους omnes.

sub quo frumenti satio apud Eleusin a Triptolemo reperta est, in cuius muneris honorem Noctes initiorum sacrae. Neque vero me mouet quod in Cereris honorem celebrata fuerint haec mysteria, ipsa enim Ceres seu Isis apud Apuleium omne dubium eximit, dum de se ipsa sic loquitur: *Me primigenii Phryges Pessinuntiam nominant DEVM MATREM, hinc Autochthones Attici Cecropiam MINERVAM, Eleusini vetustam deam CEREREM* etc. Neque etiam quemquam mouere debet, quod ἄρσιν hic ἀθήνην dicat potius quam ἑλευσινήν, non magis quam verba Cereris Eleusinae apud Apuleium, quibus se Mineruam Cecropiam, i. e. Atticam, dici ait. Nihil igitur hic aliud intelligo per ὄρμια νυκτὸς ἀρσῆς ἀθήνης, quam ὄρμια νύχια Atticae seu Cecropiae Mineruae seu Cereris Eleusinae; quae nihil aliud sunt, quam Mysteria Cereris, et, vt Iustinus ea vocat, Eleusinia sacra. De noctibus vero, quibus celebrata fuerint haec sacra, vide ea, quae ex Scalligero annotauit ad Iustini lib. II. cap. VIII. ὁ πάνυ Graeuus. Denique de iisdem sacris Eleusiniis intelligo ego Crassum ap. Cicero-nem lib. III. de Orat. vbi, *Athenis, inquit, diutius essem moratus, nisi Atheniensibus, quod mysteria non referrent, succensuissem.* ESCH.

32. Θρήνας τ' Αἰγυπτίωv.] De his vide Lucian. de Dea Syria,

pag. editionis nouae. 658. itemque Iulium Firmicum libro de errore profanae religionis. Quid sint χύτλα, exponit Hesychius. Et magis accommodate ad hunc locum Apollon. Schol. l. I. v. 1075. ESCH. vid. Ind.

33. Πλυπέρονος ὄρμους.] per ὄρμους hic vocem aut aliud quid simile intelligi credo, sed, fateor, in tali significatione hoc vocabulum me legisse non memini. ESCH.

33. In hoc versu atus sum primo ἰθάην, quod adhuc editum est, auctoritate Vossiani codicis mutare in ἰθάης· cum proprie non enarret hic Orpheus, quid ipse didicerit, sed quid se docente cognouerit Musaeus. Sic Fr. 37, ἰ Πάντ' ἰθάης, Μισαῖε, et hic v. 46 δεδάηκας. Leinde pro ὄρμους, quod merito viris doctis displicuit, ex eodem codice οἴμους reposui, quod Synonymum est ἀταρκοῖς v. 35. Hoc tanto fidentius admissi, quod vidi illud tanquam coniecturam in mentem venisse felicitis ingenii viro Ruhnkenio epist. crit. 1 p. 19. qui etiam οἴμον illustrat ex Pottero ad Lycophr. 10. et totum h. l. ex Aeschyl. Prom. 483. sq. et Spanh. ad Callim. in Lauacr. Pall. 123. Nempe Prometheus fatidicae omnis superstitionis auctor perhibebatur primus: cuius forte se inuenta publicare gloriabatur Orpheus. Video etiam placuisse vtramque emendationem Cl. Bernardo ad Demetr. Pepagom. p. 64.

GESN.
35. Ὀρί-

- 35 Ἦδ' ὅσα θεσπίζουσιν ὄνειροπόλοισιν ἀταρποῖς
 Ψυχὰς ἐφημερίων, ὕπνω βεβολημένας ἦτορ·
 Σημείων τεράτων τε λύσεις, ἄσρων τε πορείας·
 Ἀγνοπόλον τε καθαρόν, ἐπιχθονίοις μὲν ὄνειαρ·
 Ἰλασμέσ τε θεῶν, Φθιμένων τ' ἐπινήχυτα δῶρα.
- 40 Ἄλλα δὲ σοι κατέλεξ', ἄπερ εἰσίδον ἦδ' ἐγόησα,
 Ταίναρον ἠνίκ' ἔβην σκοτίνην ὄδον, αἶδος εἶσω,
 Ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ, δι' ἔρωτ' ἀλόχοιο·
 Ἦδ' ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λῆχον ἐξελόχευσα,
 Μέμφιν ἐς ἠγαθήν πελάσας, ἱεράς τε πόλῃσας
- Ἄπι

35. ἀταποῖς Αἶ.

41. Quid si Ταίναρα?

35. Ὀνειροπόλοισιν ἀταρποῖς.] Quid sit ὄνειροπολεῖν, ostendit Scholiast. Aristoph. ad Nephel. Act. 1. Sc. 1. vbi differentiam ostendit inter ὄνειροπολεῖν et ὄνειρῶνται. Eustathius: ὄνειροπόλος, ὁ περὶ τὰς ὄνειρους πολέμενος, καὶ ἢ ἐξ ὧν αὐτὸς βλέπει, ἢ ἐξ ὧν ἄλλοι, κρίνων. vnde, ni fallor, noſter ὄνειροπόλοισιν ἀταρποῖς dixit, ad iudicii illius certitudinem indicandam. ESCH.

36. Ψυχὰς ἐφημερίων.] Ἐφημέριοι appellantur alias homines per contemptum, ἐφήμερον enim est animal quoddam vnum solum diem viuens, teste Hesychio. Euripid. Orest. πανδράκυντ' ἐφημέρον ἔθνη. Aeschyl. Prom.

Ἐνταῦθα νῦν ὕβριζε, καὶ θεῶν γέρα

Συλῶν, ἐφημέριοι προσέθεα· Hippocrates lib. περὶ ἀρχῶν ait hominis vitam esse ἑπταήμερον, vt qui non diutius viuat alimento carens. ESCH.

36. Hoc nomine ἢ ἐφημέριος vel ἐφήμερος (vtrumque enim rectum) compelli homines fingunt poetae ab immortalibus, vt ab Aeschyli Prometheo, a Sileno Pindari, quem cum oris similitudine referret Socrates, Aristophanes inducit illum

hac appellatione vntem Nub. 229 auctore antiquo Scholiaste. GESN.

37. Σημείων τεράτων τε.] Σημεῖα proprie sunt ἂ παρὰ τέπον, ἢ παρὰ τὸ ὡς ἐπὶ πολὺ γίνεται· τέρας vero, τὸ παρὰ φύσιν γινόμενον παράπλασμα, τὸ παρὰ φύσιν τεχθέν. vnde non accurate Bifetus ad Θεομοφοριαζέτους Aristophanis τὸ τέρας per τὸ σημεῖον explicat. Etymologicon ineditum Bibliothecae Vltraestinae: Σημεῖον τέρας διαφέρει: Σημεῖον ἐστὶ τὸ ἐπὶ γῆς γινόμενον, τέρας τὸ ἐν τῷ αἴρι. Sed melius in voce Τέρας. Τέρας, inquit, θαῦμα παρὰ φύσιν, παρὰ τὸ εἶρω τὸ λέγω, ὁ μέδων, ἐρῶ, ἔρας καὶ τέρας. οἱ γὰρ μάντιες διὰ σημεῖων καὶ τεράτων τὰ μίθιστα ἔλεγον· διαφέρει τέρας σημεῖον, τέρας λέγεται τὸ παρὰ φύσιν γινόμενον πρᾶγμα, σημεῖον δὲ τὸ κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν γινόμενον τέρας. Similia habes apud Eustathium ad Iliad. β. vbi res exemplis declaratur. ESCHENB.

37. Ad hoc genus σημεῖων et τεράτων forte referendi fuerint versus LXVI. περὶ σεισμῶν, qui Anthologiae Graecorum epigrammatum subiiciuntur. Astronomiae Orphicae

um viis (35) Animae hominum somno pectus percussae: porro signorum ostentorumque interpretationes; strorumque meatus; et castam expiationem, magnam mortalibus felicitatem; pacisque deorum impetrandae rationes, mortuorumque larga donaria: aliaque tibi enarraui, quae visu et cogitatione percepi (40) Taenarium tenebricosam viam ingressus sum intro ad inferos, nostra fretus cithara, per amorem coniugis: deinde quantum examen sacrum Aegyptiorum produxerim Memphin ad diuinam delatus, sacrasque vrbes Apidis, quas

43. ἐξελόχευσα Voss.

44. περάσας Voss.

phicae specimen habemus Fr. 9
Μίσητο δ' ἄλλην γαίαν κ. τ. λ.
GESN.

38. Καθαρωῶν exempla, ipsum hoc carmen Argonauticum suppediat. Vid. 552. 1231.

39. Ἐπιήχυντα δῶρα.] Frequentia. vt infra v. 310.

— ἐν δ' ἄρ' ὕπερθε

Πέπλη κυρκατέθηκα θεοῖς ἐπιήχυντα δῶρα.

Νήχυντος, vt vult Apoll. Schol. ad lib. III. v. 530. est πολύχυντος.

ESCHENB.

39. Ἱλασμοὶ sunt bona pars hymanorum: dona mortuorum, inferiae, quales hic 543 sq. GESN.

41. Ταίναρον ἦνικ' ἔβην.] De Taenaro vid. Stephan. de urbibus, itemque Suidam. Ea vero quae auctor hic dicit, confirmat locus Virg. Georg. IV. v. 467.

Taenarias etiam fauces, alta ostia Ditis,

Et caligantem nigra formidine lucum

Ingressus, manesque adiit, regemque tremendum,

Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.

safer Senec. in Hercul. Fur.

ESCHENB.

42. Ἡμετέρη πίσυρος κιδάρη.] Ita Aeschyl. Persf.

Πίσυροι λεπτοδόμοι πίσυρμασι, λαοπόροις τε μηχαναῖς. ESCH.

43. Ἦδ' ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόχον ἐξελόχευσα.] Respicit ad sacra et sacerdotia, quae in Aegypto se introduxisse et hic et inferius refert vers. 100. Quamuis Orpheum sacra et sacerdotia in Aegypto instituisse nemo veterum dixerit, sed potius sacra Aegyptiorum didicisse et in Graeciam deportasse. vid. Diodor. Sicul. lib. I. Marsham. in canone Chronolog. Scholiast. Aristoph. ad Acharn. λόχες, ἔνιοι μὲν τὸ ἐξ ἀνδρῶν ὄπτω σύστημα, οἱ δὲ τὸ ἐξ ἀνδρῶν δώδεκα, οἱ δὲ τὸ ἀπὸ ἐκκαίδεκα ἀνδρῶν πλήθος, ὃ καὶ τέλειόν φασι καὶ σύμμετρον. Elegans hic vsus verbi λοχεύω. Illorum enim sacerdotum, aut illius ἱερῆ λόχε quasi parentem se dicit.

ESCHENB.

44. Non dubito, rectum esse περάσας, et dictioni huius poematis conuenientius, vt v. 650 Νηὸς ἔσω περάσαν ingredi nauem, et L. 15. 72. Ἦ περάα ἄλα διαν, ingreditur. Sed peccare malui in partem cautiorem.

B

45. Non

- 45 Ἄπιδος, αἷς πέρι Νεῖλος ἀγάρρῃος ἔσεφάνωται.
 Πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀπ' ἑμῶν σέρνων δεδάηκας.
 Νῦν δ' ἐπεὶ ἀερόφοιτος ἀπέπτατο δῆϊος οἶσρος,
 Ἡμέτερον δέμας ἐκπρολιπὼν, εἰς ἔβρανὸν εὐρύν,
 Πεύση ἀφ' ἡμετέρης ἐνοπῆς, αἰ πρὶν ἔκευθον.
- 50 Ὡς ποτὲ Πιερίην Λειβήθρων τ' ἀκρα κάρηνας
 [Ἡρώων* τε καὶ ἡμιθέων πρόμος ἐξεπέρησε]
 Δισσόμενός μ' ἐπίκρηρον εἴῃ νόσοιο γενέδαι,
 Ποντοπόρῳ σὺν νηϊ πρὸς ἄξενα Φῦλ' ἀνδρώπων,
 Ἔθνος ἐς ἀφνειὸν καὶ αἰτάδαλον, ᾧ ἐνὶ κρᾶϊνεν
 Αἰήτης, υἱὸς Φαεσιμβρότε ἠελίοιο.
- 55 Θέσφατα γὰρ Πελίας δειδίσσετο, μή οἱ ὀπιθεῖ
 Χεῖρὸ

49. Forte πρό σε εκ.

45. Non puto, aliud hic quaerendum esse, quam quod vnicuique in mentem statim venit, verbes Apidis s. Osiridis cultum professas, verbo Aegyptias.

47. Νῦν δ' ἐπι.] Quod apud hunc poetam de ἐκστάσει, seu ἐκστασιασμῶ poetico dicitur, idem tribuit Apollonius menti multis magnisque affectibus distentiae, nam Lib. III. v. 1150. Medae Ψυχὴ γὰρ κεφέεσσι μεταχθονίη πεπότητο. Nostri huic affine est illud poetae:

Iam furor humanos nostro de pe-
lore sensus

Expulit, et totum spirant prae-
cordia Phoebum.

ESCHENB.

47. Δῆϊον οἶσρον intelligebam aliquando de enthusiasmo s. furore poetico prophéticoque, quo agitatum se dicat Orpheus cetera, quae adhuc enarrata sunt, protulisse adque effudisse: nunc sedatiore animo velle narrare expeditionem Argonautarum. Nec deerat auctoritas nominis ita adhibiti Stat. Theb. 1, 32. quin ipsius nostri poetae πέντρον Βάκχοιο καὶ Ἀπόλλωνος v. 11:

Sed in alia omnia me induxit turfus vocis apud nostrum, tum illud, quod δῆϊον vocat, inimicum hostilem; praesertim vero, quo v. 101 dicit, se a matre servatur ex ἀληθείης καὶ ἐξ οἶσρος, ex vita superioris oberrationibus exiliis que, in quae tanquam ab oestro quodam incitatus et actus fuerit nunc amare quietem. Nempe haec ipsa oestri s. asili vis est, ut velu stimulis quibusdam agat anima neque patiatur quiescere: quar Virgilius Ge. 3, 152 furiosos illo Iūs errores ab hoc insecto deriuat. Hoc quondam monstro horribiles exerceuit iras Inachiae Iuno pestem meditata iuuencae. Graecam philologiam hic copiose dederunt Valens Germanus Guellius et La Cerda. Nihil accommodatius, quam oestro comparare illud studium per tot incommoda et pericula peruagandi orbem terrarum, quale fuisse in priscais illis et primis sapientia heroibus, constat. GESN.

50. Ὡς ποτὲ.] Inter hunc verum et sequentem vnus desiderari videtur.

H. STEPH.

50. Ω

quas multi fluminis Nilus cingit. (45) Haec verissime meo de pectore didicisti omnia. Iam vero quando per aëra flagrans ille instinctus, relicto hoc corpore, in amplum caelum euolauit, audies a nostra voce, quae prius occultabam, vt quondam in Pieriam, et altos Libethrorum vertices (50) *Semideorum venerit et Heroum primus Iason*, rogans me, vt auxiliator suae expeditionis vellem fieri pontigrada cum nauī ad inhospitales hominum nationes, ad gentem diuitem et nocentem, in qua Aetes imperaret Solis lucem ministrantis mortalibus filius. Oracula metuebat enim Pelias, ne quando ipsi (55) Aeso-

• Versum inclusum solus habet Voss.

55. ὄποιδον PAI.

50. Ὡς ποτε περὶν.] Apollonii Schol. ad lib. I. v. 31. Περὶ ὄρος Θράκης, ἐν ᾧ διέτριβεν ὄρφεύς. Quae bene conueniunt cum Epitomatore Strabonis, licet hic paulo distinctiōis locum istum, in quo versatus olim Orpheus fuerit, nominet in Epitom. lib. VII. Ἐχει δ' ἡ πόλις, inquit, τὸ δῖον, κώμην εὐχέσιον, πίμπλειαν, ἐνθα ὄρφεύς διέτριβεν. Et paulo post: μετὰ τὸ δῖον, πόλιν, ὃ ἀλιάκμων ποταμός ἐσσι, ἐκβάλλων εἰς τὸν θερμαῖον κόλπον, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς, ἢ πρὸς βοβρᾶν τῆς κόλπης παραλία, περὶ αὐλάται. Vid. Apollonium ipsum lib. I. v. 25.

ESCH.

Ἀβήθρων τ' ἄκρα κάρηνα.] Hos tres montes Thraciae coniungit Strabo lib. IX. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ (de Helicone loquitur) τὸ τε τῶν μεγάλων ἰσρόν, καὶ ἡ ἴσπε κρήνη, καὶ τὸ τῶν λεύθηθρίδων νυμφῶν ἄντρον· ἐξ ἧς τεκμαίρουτ' ἂν τις, Θράκας ἀπὸ τῆς τὸν ἐλικῶνα ταῖς μάσσας καθιερώσαντας· οἱ καὶ τὴν περὶαν, καὶ τὸ λέύθηθρον, καὶ τὴν πίμπλειαν ταῖς αὐταῖς θεαῖς ἀνέθεσαν. Ceterum, post hunc versum vnum

desiderari, et suadet sensus, et Renatus Perdrierius interpres huius poetae; egoque nullus dubito, quin ita sonuerit desideratus versus:

Ἡμεῶν ἴκε, καὶ ἡρώων πρῶτος ἴησων.

Hocque colligo ex ipsa Perdrierii versione, utpote quae in omnibus tam pueriliter adhaeret vocabulis graecis, vt nec significationis, nec constructionis latinae habita ratione, verba graeca plane vt ante oculos iacent, ex triuialibus lexicis interpretetur. Is igitur post quinquagesimum versum hunc habet: *Semideorum venit et Heroum primus Iason*. ex quo nos Graecum hunc desumimus.

ESCH.

50. Etiam Cribellus hic inserit versum, *Semideum, pariterque Heroum primus Iason*, qui videtur in suo codice habuisse, quem ex Vossiano hic restituimus, nondum tamen plane aequo et indifcreto iure, cum de aetate illius tanquam assertoris nondum nobis constet.

GESN.

52. Ἀξένα Φῶλα alludit ad pontum ἄξενον (v. mox v. 84) quem

B 2

ἡξί-

- Χειρὸς ὑπ' Αἰσονίδα καθ' ἑλὴ βασιλῆιον ἀρχήν.
 Καί οἱ ὑπὸ πραπίδεςσι δόλας τρίβον ἠπερόπευε·
 Τάσσε γὰρ ἐκ Κόλχων χρύσειον κῶας ἐνεΐκαμ
 Θεσσαλίην εὐπωλον. ὁ δ' ὡς κλύεν ἐκνομον αὐδὴν,
- 60 Χεῖρας ἐπαντέιναις ἐπεκέκλετο πότινιαν Ἥρην·
 Τήνδε γὰρ ἐκ μακάρων περιώσια κυδαίνεσκεν.
 Ἡ δὲ παρ' εὐχολῆσιν ἐφέσπετο κηδομένη περ'
 Ἐξοχα γὰρ μερόπων ἠγάζετο καὶ Φιλέεσκεν
 Δεινοβίην ἥρωα περικλυτὸν Αἴσονος υἱά,
- 65 Καί ῥα καλεσσαμένη ἐπετέλλετο Τριτογενεΐη.
 Καί οἱ Φηγινέην πρῶτον τεκτῆνατο νῆα,
 Ἡ καὶ ὑπ' εἰλατίνοισι ἐρετμοῖσι ἀλιμυρέα βένθη
 Πρῶτη ὑπεξεπέρησε, τρίβας δ' ἦνυσε θαλάσσης.
 Ἀλλ' ὅτε δὴ συνάγειρεν ἀγακλειστὸς βασιλῆας,
- 70 Θρήκην εἰς εὐπωλον ἐπέειγετο δῖος Ἴησων,
 Καί μ' ἐκίχεν κιθάρην πολυδαίδαλον ἐντύνοντα,
 Ὅφρα κέ τοι μέλπων προχέω μελίγηρυν αἰοιδῆν,
 Κηλήσω δέ τε θῆρας ἰδ' ἐρπετά καὶ πετέηνά.

Ἡνίκαι

56. ἐπ' omnes. 57. ὑπερό. Voff. 62. ἐφέσπ. καὶ Φιλέεσκεν
 Voff. marg. 67. ὑπὸ Voff. 68. τρίβον Voff. ἦνυσε Ask. PAIC.

εὐξενον, εὐξενον, Euxinum, fecerunt Argonautae et aliae Graecorum coloniae.

56. Ausus etiam hic sum Voffiani codicis et Chiueani auctoritate ἐπ' in ὑπ' mutare. Solet ἢ ὑπὸ apud nostram instrumentum designare, vel cum Genitio ut Lap. II, 5 μαχαωνίης-ὑπὸ τέχνης, vel cum Dativo, ut mox v. 67 ὑπ' ἐρετμοῖσι. Αἰσονίδα Nominatiuo casu nihil habet insolitum. Fabula de oraculo, ut Pelias sibi caueret a μονοπέδιλῳ, late enarratur ab Apollonio 1, 5 sqq.

57. Δόλας τρίβον.] Hebraismi speciem habere videatur, sed tamen alii quoque ita locuti sunt: Oppianus II, Halieutic. v. 117.

— τότε ἴκιστα δόλας πετάσασα
 Ζύρετρα

Vbi δόλας pro δολερά, et alibi ἄκων ὀλέθρα, pro ὀλέθριον. Ita hic δόλας τρίβον, pro δολερίν. ESCHE

62. Εὐχολῆσιν ἐφέσπετο.] Quem admodum Iliad. β. ἔσπεδαμ θάνατον est sponte et minime reluctantem mortem sequi, ita hic ἐφέσπεδαμ aut παρεφέσπεδαμ εὐχολῆσιν est promte et cum gaudio prece exaudire, quod interpres ἐμμίτρος per: *Illa fauens iustis precibus, longe melius interpretatus est quam alter ille, qui satis puerilitate per orationes sequi.* ESCHE.

63. ἠγάζετο.] Ambo interpretes legisse videntur ἠγάπητο· non τὸ ἠγάζετο non sine ratione praefertimus. ESCHE.

68. Πρῶτη ἐπεξεπέρησε.] Scholiastes Apollonii: ταύτην δὲ φασὶν

Aesonis filii manu regium imperium eriperet, et ideo ipsi intra pectus doli atque interitus viam fraudulenter machinatus est. Iniunxit enim, ut e Colchis aureum velus adferret in equestrem Thessaliam. At ille ubi iniustam vocem audit, sublatis manibus venerandam Iunonem inuocauit, (60) quam Diis ex omnibus colebat sanctissime. Haec vero illius precibus, ac sollicita quidem obsecuta est: maxime enim admirabatur atque amabat metuendum viribus heros, inclutum Aesonis filium, atque ob eam rem vocatae ad se Tritogeniae (65) iniunxit, ut primam illi fagineam nauim fabricaretur, quae etiam abiignis remis falsa profunda prima traiecit, marisque peregit vias. Cum vero coëgisset reges inclitos, equestrem in Threcen perrexit nobilis Iason, (70) meque inuenit occupatum intendendae artificiosae citharae, quia canens dulce carmen funderem, demulceremque feras, et serpentina volucra. Cum autem in iniucundum

69. ἀγακλύ. Voss. 70. ἐπήγ. Voss. 71. ἐτίχανε ΑΣ. PAIC.
καί με ἐτίχανεν Voss. 72. κέ σσε Voss. 73. κηλώσω Voss.
ἦδ' omnes.

πρώτη τῶν γενέδων μακρῶν· ἄλλοι
ἠλέγασιν, Δανκὸν διωκόμενον ὑπὸ Ἀί-
γυπτι, πρῶτον κατασκευάσαν, ὅ-
θεν καὶ Δανκὸς ἐκλήθη. Cum no-
stro facit Valerius Flaccus:

*Prima Deum magnis canimus
fracta peruia natis.*

Sed inferius sibi ipsi contradicere videtur auctor, ubi de Phaeacibus v. 1292 dicit, quod fuerint

*Ἰβριες ἀρείσσης καὶ ἀλπιλάγκτω
πορείης*

Si hoc, certe Phaeaces priores Argonautis nauigarunt, illam enim dexteritatem et peritiam nauigandi ab Argonautis discere non poterant, quos nunquam antea viderant. Quin statim de ipsis Colchis subiicit:

*Ἐν δ' ἂν ὑπερείησαν ἐπαγόμενοι
Φοῖβοντο*

*Νηυσὶν ὑπερείησας βριμὰς λόχος
αἰήταο.*

Qui certe numerus nauium tam exiguo tempore, quod Argonautae in hoc itinere consumserunt, aedificari non potuit: si igitur ante aedificatae hae naues, in quem usum?

ESCHENB.

68. Non ita parum memorem fuisse putem poetam nostrum, uti diceret repugnantia simpliciter his quae habet v. 1292 et 1297, ubi aliquid de ea re dicemus. GESN.

71. Κεθάριον πολυδάδαλον.] Pindarus Ol. IV. ποικιλοφάρμαγγος mentionem facit, et Φάρμαγγα ποικιλόγαρον alibi nominat. Cithara variata, Perdrierii somnia. ESCH.

73. Paruum est, et ideo tanto facilius forte neglectum, quod ἦδ'

B 3

haesit

- Ἦνίκα δ' εἰς ἄντρον πολυήρατον εἰσεπέρισσέ,
 75 Μείλιχον ἐν λασίων σέρων ἀνερέκατο Φωνήν,
 „ Ὀρφεῦ, Καλλιόπης τε καὶ Οἰάγρῳ Φίλε κῆρε,
 „ Βισονίη Κικόνεσσι πολυβρῆνοισιν ἀνάσσων,
 „ Χαῖρ', ἐπεὶ Διμόνις ὀχέας πρώτισον ἰκάνω,
 „ Στρυμονίης τε βροῆς, Ῥοδόπης τ' αἰπεινά πρὸς ἄγνη
 80 „ Εἰμί δ' ἐγὼ Μινύαισι πανέξοχον αἶμα λελογχῶς
 „ Θεσσαλὸς Αἰσονίδης· ξεῖνος δέ σοι εὐχομαι εἶναι.
 „ Ἀλλὰ φίλος, πρόφρων μ' ὑποδέχνησο, κὶ κλύε μῖθον
 „ Μειλιχίαις ἀκοαῖς, καὶ λισσομένῳ ὑπάκουσον,
 „ Ἀξείνῃσιν Πόντοιο μυχῆς καὶ Φᾶσιν ἔρυμνον
 85 „ Νηὶ σὺν Ἀργῶν πελάσῃ, δεῖξάι τε θαλάσσης
 „ Παρθενίης ἀτραπές, ἐπιήρατον Ἠρώεσσιν,
 „ Οἷ ῥα τεὴν μίμνεσι χέλυν καὶ θέσκελον ὀμφήν,
 „ Ἐλπόμενοι ξυρὸν πελάγει ἐπαρηγόνα μόχθων.
 „ Οὐ γὰρ δὴ πλῶσαι πρὸς Βάεβαραι Φῦλα μέδοντα
 „ Νόσφ

78. Κῆρ' P. καὶ ῥ' AIC. 79. αἰπεινά Voff. 81. δέ τοι Voff.
 83. ὑπάκουαι Voff. 85. Vid. leg. περάσαι. Θέλξαι τε

haesit in h. l. pro altero id' quod non minus Orphicum est atque Homericum.

77. Βισονίη κικόνεσσι.] vid. praeter Stephanum Apollonii Scholiast. ad lib. II. v. 706. Tzetzem ad Lycophronem, Herodotum lib. VII. et alios. ESCH.

78. Χαῖρ'.] H. Stephani est haec emendatio, pro καῖρ' quod Aldus substituit pro Χαῖρ' et omnino recipienda. ESCH.

84. Ἀξείνῃσιν Πόντοιο.] Strabo lib. VII. hoc mare ἄζανον dictum scribit, διὰ τὸ δυσχάμερον καὶ τὴν ἀγροῖτητα τῶν περὶοικέντων ἔθνων, καὶ μάλιστα τῶν Σκυθῶν ξανοδυέντων, καὶ σαρκοφαγάντων, καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπωμασι χρωμένων· ὕπερον δ' εὗξενον πεκλήδα, τῶν Ἰώνων ἐν τῇ παραλίῳ πόλιν κτισάντων.

Μυχῆς.] Ita hac voce utitur Aristoph. in Θεσμοφορ.

Σύ τε πόντιε σεμνὲ Πόσαδον
 Ἄλιμέδον, προλιπὼν
 Μυχὸν ἰχθυόεντ' οἰστροδίητον.

Etymologicon graecum elegantissimum Bibliothecae Vltraiectinae in editum: Μυχὸς σημαίνει δύο, τὸ ἐνδοτάτον τόπον, καὶ γράφεται δὲ τὸ υ. γίνεται δὲ παρὰ τὸ νύξ, ἢ χὸς, καὶ κατὰ τροπὴν τῆ ἀμεταβλη. εἰς ἀμετάβηλον μυχὸς, οἷον ἐνδοτάτος καὶ σκοτανὸς τόπος, παρὰ τὸ μεμυκέναι. ἢ νύχιος τις ὡς οἷον σκοτανὸς, ἢ ἐκ τῆ μύω, ἢ καμμύω, ἢ τὰ ἐνδοτέρω φωτὸς ἐσθεται. ESCH.

84. Pro ἔρυμνον malit Hering Obff. 10 p. 79 ἔρυμνον, quo epitheto mastratur Phasis v. 788. Sed nunc que ἔρυμνον non potest defendi nunitum, altis ripis suis. GES

85. Placeret mihi περάσαι modo, quod πελάσαι potius tertio casu iungitur quam quarto: v

dum antrum introisset, placidam forti de pectore vocem hanc retulit: (75) Orpheu Calliopae et Oeagri care Fili, Ciconibus in Bistonia pecorosis imperitans, Salve, quando Haemonios ad saltus nunc primum aduenio, fluentaque Strymonia, praeruptasque conualles Rhodopae. Sum ego praeslantissimum inter Minyas sortitus sanguinem, (80) Thessalus, Aesonis Filius, atque hospes tibi esse cupio: tu vero amicus, propitius me recipe, et placidis auribus sermonem meum accipe, supplicique obtempera. Inhospitalis Ponti recessus, et Phasin munitum nauū cum Argoa vt adeas, ostendasque maris (85) Parthenii vias, rem Heroibus optabilem, qui ideo tuam expectant testudinem ac diuinam vocem, sperantes commune hoc in pelago laborum suorum auxilium. Neque enim nauigare ad barbaras nationes sine te curant. Et-

Pierf. Verif. p. 104. 86. ἀταρκές PAIC. ἐπιήρανον Pierf. l. c.
 87. Οὐ γὰρ Αἴ. Δίοφοτον Voff. 88. Ἐλδομ. ξυνὼν πελάσσαι
 Ruhnk. 89. Πλευσαι Voff.

rum etiam quod *περάσαι* plus est. Non volebant accedere tantum mare, sed transire. Pierfoni *Δέλξαι* probarem, si iungeretur cum mari ipso, quatenus tumultuosum, procellosum est. Verum via maris non mulcetur, sed demonstratur.

86. Omnino *ἐπιήρανον* reponi vult et adiutorem reddi, Pierfonus Verif. p. 105, vsus praesertim auctoritate Hesychii, *Ἐπιήρανα. ἐπι- κρητικὰ τῆς ψυχῆς, ἢ ποδῶν*, vbi manifeste declarat verba Vlyssis, Od. τ, 343 *Οὐδὲ τί μοι ποδόνιτρα ποδῶν ἐπιήρανα θυμῷ γίγνεται*, negat se valde amare pedum lotionem. Eustathius p. 699, 14 *ἐπιήρανα* dicit legendum, non *ἐπιήρᾳ ἀπὸ θυμῷ*, et primitiuum, *πρωτό- τριπον*, esse vocis itidem Homericae *ἐπιήρα*, quae per apocopen inde facta sit. Hesychii *ἐπι- κρητικὰ* fortasse ita accipiendum, vt apud La-

tinus *ἰμνατε* dicuntur, quae delectant. Itaque si legeretur etiam *ἐπιήρανον*, non tribuerem illi tamen hic certe aliam vim ab ea, quam habet illud frequentatum Homero *ἐπιήρατον*, cui gemina *εὐήρατον, μεγέηρατον, πολυήρατον*, quae rem ob vtilitatem suam, vel quacunque alia de causa amabilem et expetendam significant. Rogat Iason Orphea, *ὕπαικσον πελάσσαι κ. τ. λ.* obsequere mihi vt venias, viam ostendas, quod optabile est Heroibus: secundum Pierfonum; vt venias — adiutor et dux Heroibus: nam hoc significare *ήρανον* et *ἐπιήρανον* Hesychius docuit. Hanc notionem poeta noster statim v. 88 expressit per *ἐπισηγόνκα μύχθων*. cf. ad 821.

88. Ingeniosae coniecturae Ruhnkenianae Epist. 2 p. 70. quae versum hunc forte cultiorem politioremqe

- 90 „Νόσφι σέθεν· καὶ γὰρ ῥα ποτὶ Ζόφον ἠερόντα,
 „Νείατον εἰς κευθμῶνα, λιτῆς εἰς πυθμένα γαίης,
 „Μῆνον ἀπ' ἀνθρώπων πελάσσαι, καὶ νάσον ἀνευρεῖν·
 „Ων ἔνεκεν ξυνήν τε δύνη Μινύαισιν ἀρέδαι.
 Τὸν μὲν ἐγὼ μύθοισιν ἀμειβόμενος προσέειπον,
 95 „Λισονίδη, τί με ταῦτα παραιφάμενος ἐρεεῖνεις,
 „Ὅφρα κεν ἐς Κόλχης Μινύαις ἐπιήρανος ἔλθω,
 „Νῆϊ σὺν εὐσέλμῳ πλεύσας ἐπὶ οἴνοπα πόντον;
 „Ἦδ' ἄρα μοι ἄλλης καμάτων, ἄλλης ἔπλετο μόχθων,
 „Ων ἰκόμην ἐπὶ γαῖαν ἀπέριτον ἠδὲ πόληας,
 100 „Αἰγύπτῳ Λιβύῃ τε βροτοῖς ἀνά θέρσφατα φάεινων.
 „Καί με ἀλητέης τε καὶ ἔξ οἷσιν ἑσάωσε
 „Μήτηρ ἡμετέρη, καὶ ῥ' εἰς δόμον ἤγαγεν ἄλλον·
 „Ὅφρα τέλος θανάτοιο κίχῳ μετὰ γήραϊ λυγρῷ.
 „Ἄλλ' ἐκ' ἑδ' ὑπαλύξαι, ἃ δὴ πεπρωμένα κεῖται.
 105 „Μοιρῶν ἐννεσίησιν ἐπείγομαι. ἔ γάρ ἄτιμοι
 „Ἰκεσίς Ζηνὸς κῆραι Λιταί. ἴζομαι ἦδη

Ὅπλο-

90. γὰρ ῥα PAIC. 92. Malim πέλσας — ἀνεῦρες. 93. ἔνεκα
 Voff. quod placet. 99. ἰδδ Voff. 100. ἀναθέρσφ. Voff. PAIC.

reddant: sed nihil habent necessitatis, et vnam alteramque Venerem excaecant.

92. Μῆνον ἀπ' ἀνθρώπων.] Interpres ἔμμετρος vertit: de tot. mortalibus unus, quod non verum est. Nam et Hercules et Theseus eo descenderunt. μῆνος ἀπ' ἀνθρώπων hoc loco est solus, sine comite. quod quidem leue dixerit is, cui non graue est contra veritatem loqui.

ESCHENB.

92. Quam proposui coniecturam de hoc versu emendando, vt video, non possum mihi vindicare. Nam Eschenbachiana versio plane ita habet: in qua etiam ille infinitivus ἀρέδαι recte imperatiuo modo expressus est figura plane Homericæ. Vt autem κῦδος ἀρέδαι Homero frequenter admodum si-

gnificat parare et capere sibi gloriam: ita δύνη ἀρέδαι est suscipere et subire aerumnam. GESN.

96. Hic ἐπιήρανος quodammodo anceps et dubium videtur, vtrum ad ἐπιήρατον v. 86, an ad ἐπιερηγῶνα v. 88 referatur. Sunt quidem natura sua haec inter se connexa et coniuncta: sed tamen magis ad auxilium hic respicitur.

97. Νῆϊ σὺν εὐσέλμῳ.] Scholiastes Apollon. ad lib. I. v. 528. Ταῖς τῶν ἐρετῶν κατέδρας, τὰ σελιδώματα, κατόλκ' δὲ τὸ πλατὺ ξύλον σέλμα λέγεται καὶ σελιδώμα. Ὅθεν καὶ ταῖς σελίδας τῶν βιβλιοδετῶν διὰ τὸ πλατύς φημέν. ESCH.

97. Σὺν in significando instrumento plane vt Od. E, 242 ἔβημεν Οἴκαδε σὺν νῆεσσι. GESN.

99. Ὡν consueta syntaxi casum accom-

Etenim iam aliquando ad caliginem obscuram, (90) extremas in latebras, simplicis in abyssum terrae, solus ab hominibus peruenisti, atque inuenisti reditum. Quam rerum causa et hunc communem cum Minyis laborem capessere *te rogo*. Huic ego his verbis respondi: Aelouide, quid me his adhortationibus rogas, (95) ut ad Colchos Minyis adiutor veniam, naui bene tabulata nigrum pontum nauigans? Satis mihi iam laborum, aerumnarum satis euenit, quibus immensam terram et vrbes obii, cum in Aegypto Libyaque oracula hominibus et mysteria promerem, (100) dum ex illa me oberratione et furioso instinctu seruauit mater nostra, atque in domum inde aliam deduxit, mortis ubi finem cum tristi senectute inueniam: at subterfugere, quae fataliter decreta positaque sunt, non licet. Parcarum imperiis vrgeor, nec enim adspernandae *sunt* (105) supplicis Iouis filiae, Deprecationes. Veniam statim, iunioribus regibus et semideis

101. αλετ. Voss. 104. ἐκ τῆς Voss. 105. ἐπαγόμενοι Voss.
 ἔτι μοι Id. 106. Ἰκασ. — τξ. Voss.

accommodauit ad praecedens *μόχθων* ceterum requiritur *ὡς* vel *σύν* *ὡς*.

100. Αἰγύπτῳ Λιβύῃ τε.] Vide, an non melius Αἰγύπτῳ Λιβύης τε.
 ESCHENB.

100. Certè nihil insoliti esse, in regionum etiam nominibus praepositionem omitti, constat: et docuit huius ipsius loci causa Schrader. ad Musaeum c. 16 p. 275 sq. GESN.

101. Ἐξ οἴσεα.] Interpretes Aristoph. Οἴσεος, ἐρεθισμός, ἔκκαυσι, πύρωσις ἐμμανής. Καὶ οἴσεον καλῶσα πάντων κίνησιν. Καὶ οἴσεος, ἐρεθισμός, ὁ λεγόμενος μύια, μανία ἀφροδισίων, λύσσα, φόβος, καὶ ὀλοπτηνῆ, ὑφ' ἧς αἱ βῆς κεντιζόμεναι σμετῶσιν, ὁ μύων καλῶσα.
 ESCHENB.

quale Vlyssi pluribus Odysseae locis tribuitur, et toto pene opere describitur. De illo oestro vid. ad v. 47.

GESN.
 104. Ἄλλ' ἐκ τῶν ὑπαλύξαι.] Euripid. Ione:

Ἄνοκτίου τὸδ' ἐστὶ καὶ τολμητίου.
 Τὰ γὰρ πεπωμέν' ἔδ' ὑπερβαίῃ
 πον' ἄν. ESCH.

105. Μοιρῶν ἐνεσίησιν.] Ἐνεσίησιν est, cum vel Deus aliquis imperat menti, vel mens animo. Prior modus hic regnat, et frequens est apud auctores. De posteriore vide Hoelzlinum ad Apollon. lib. I. v. 7. ESCH.

Οὐ γὰρ ἄτιμοι.] Nam Vlysses apud Homer. Odysl. N.
 Ζεὺς σφέας τίσαστο ἱκετήσιος, ὅσ τε καὶ ἄλλας
 Ἄνδρῖνες ἐδορῶ καὶ τίνυται, ὅσθ' ἀμάρτη

101. Ἀληταῖα est vitae genus,

Ἦσπερ ὀπλοτέρους βασιλεῦσι καὶ ἡμιθέοις ἐνάριθμος.

- Καὶ τότε δὴ λίπον ἀντρον ἐπήρατον, ἧδ' ἐπέρησα
 Αὐτῇ σὺν Φόρμιγγι, καὶ εἰς Μινυάας ἀφίκανον
 110 Λαιψηροῖσι πόδεσσιν, ὑπὲρ Παγασσιῆδας αἰκτάς.
 Ἐνθα δ' ἀρισηῶν Μινυῶν λόχος ἠγερέθοντο
 Στεινὸν δὴ ψαμάθε ὁμάδῳ, ῥηγμῖνά τ' Ἀναύρα.
 Ἄλλ' ὅτε δὴ μ' ἐνόησαν ἀταρπιτὸν ἐξανύοντα,
 Ἀσπασίως ἠγερέθον· ἐγήθεε δ' ἦτορ ἐκάσῳ.
 115 Αὐτὰρ ἐμυθεόμην, ἐρεείνων ἀνδρας ἀρίστους.
 Πρῶτα δὲ εἶδα βίην Ἡρακλῆος θεοιο,
 Ὀν τέκεν Ἀλκμήνη Ζηνὶ Κρονίῳ μιγῆσσα,
 Ἦμος ὅτε τρισσὴν μὲν ἐλείπετο Σείριος αἴγλην
 Ἥλιος, δολιχὴ δ' ἐπεμάειτο πάντοθεν ὄρφνη.
 120 Τίφυν τ' Ἀγνιαῖδην, δολιχῆς ἰθύντορα νηὸς
 Θεσπιδέων δ' ὄγε τῆμος ἐφ' ὕδασι, Τελμισσοῖο-
 Ἄγχι

107. ἐν ἀριθμός Voss. vnde coni. — θεοῖσιν ἀριθμός.
 109. ἐς Voss. 112. Vid. leg. ἐπὶ ψ. ὄμωδον.

Hesiodus ἔργ.

Ἰσὸν δ', δεῦρ' ἰπέτην, ὅς τε ξῆτον κα-
 κὸν ἔρξα. ESCH.

108. Respicit illud antrum Mer-
 curii vere ἐπήρατον et πολυήρατον
 quod describitur de Lap. Prooem.
 18 sqq.

110. [ὑπὲρ Παγασσιῆδας αἰκτάς.]
 Vnanimiter omnes, qui Argonau-
 tarum historiam describunt, hoc
 in loco conuenisse eos fatentur. Πα-
 γασσιᾶν αὐτὴν ἀπρωτήριον Μαγνησίας.
 Ὀνομάσθη δὲ ἀπὸ τῆς ἐκᾶς κτηχθῆσαι
 τὴν ἀργῶν, ἢ ἀπὸ τῆς πηγαῖς περι-
 ῤεῖδαι τὰς τόπας. Confer Strabo-
 nem lib. IX. ESCH.

112. [Ῥηγμῖνά τ' ἀναύρα.] Non
 προσηγορικῶς, sed κυρίως hoc loco
 interpretandus est Ἀναύρος. Vide
 Hoelzlinum ad Apollonii lib. I. v. 9.
 et de voce ῥηγμῖν ad lib. II. v. 348.

ESCHENB.

115. Infra v. 298 πεντήκοντ' ἐρέ-
 τας videmus indicari. Hic enarran-

tur octo et quadraginta. Addemus
 iis Iasonem ipsum et Orphea, et
 plenus exactusque erit ille nume-
 rus. Caeterum de singulis heroi-
 bus disputare, genera eorum perfe-
 qui, diuerfas Apollodori et Vale-
 rii Flacci narrationes referre, alio-
 rum Argonautarum nomina aliunde
 quaerere, nostri instituti non est:
 et habent studiosi Burmannianum
 Catalogum, magnum editionis Va-
 lerii Flacci ornamentum, et totius
 Argonauticae fabulae praefidium.

118. Non satis proprie loquitur:
 vno tantum splendore defecit sol,
 vnus diei luce caruit, vbi fierent
 tres noctes continuas, quam ob
 causam τρεῖσπερον λέοντα dixit Her-
 culem Lycophron v. 33, vbi diuer-
 sas ea de re poetarum formulas col-
 legit Meursius. Τρισσὸν vel τρε-
 σᾶς pro τρεῖς nec a nostri poetae vsu,
 nec a Romanorum consuetudine ab-
 horret V. μοχ v. 130.

midéis accensendus. Et tunc iam relicto antro amabili, ipsa cum testudine profectus, ad Minyas celeri pede per litora Pagaseia perueni. (110) Ibi principum Minyarum cohors congregabatur in angusto arenae tumulo et ripa Anauri. Hic cum intelligerent, recta me ad ipsos pergere, in complexum surgunt meum, pectus vnus-cuiusque pertentat gaudium. Post collocutus sum, inquirens viros praestantissimos. (115) Primum vero vidi robur diuini Herculis, quem Alcmena Ioui Saturnio mista peperit tum, quando *tres dies* Sirius sol deseruit, longaque vndique nox imminuit: Tiphynque Agniaden longae rectorem nauis (120) Thespesiorum ille tum ad aquas Teumessi prope montem populis traiicien-

117. ξηνὶ PAIC. 119. pro ὄρθη, ἀγλη Voss. 121. Θεσπεσίων omnes. Θεσπίων Voss. τελμισσοῦ Af. PAIC. τευμησ. conl. Esch. V. N.

120. Ἀγνιάδην.] Falso Hoelzlinus ad Apollon. lib. I. v. 105. τὸ ἀγνιάδης derivat ab Ἄγνεὺς, verius tamen ab ἄγνιος, quamquam ne hoc quidem, quum, si Apollodoro credimus, Ἄγνιος, vel Ἀγνίης pater fait Tipheri, non ἄγνεὺς, vel ἄγνιος, vnde etiam et apud hunc et apud Apollonium scribendum potius ἀγνιάδην et ἀγνιάδης, spiritu aspero, quod vel ex Flacco discere potuissent, qui semper Hagniades, nunquam Agniades. Codex Palatinus Apollodori, qui pro Ἀγνίης legit Ἀγνίης, corruptus est. ESCH.

 Ἴππερς ἐντύνειν, ὑπὸ δὲ ζεύξαδαυ ἀπήνην,
 Ὅφρα κε μελίζαιτο κίων ἐπὶ ῥεῖθρον ἔρανον
 Φᾶσιν δινῆεντα, σὺν ἔνδοπιῆς μίγα νύμφαις,
 790 Ψυχάς θ' Ἠρώων, ὅσσαι τ' ἐπὶ ῥεῖθρον ἀμειβον.
 Θυγατέρας δ' ἐκλήζε θυώδεος ἐκ θαλάμοιο,
 Χαλκίοπην σὺν παισὶν ἀποφθιμένε Φρίξοιο,
 Ἡδ' ἀπαλὴν Μηδείαν ἀριπρεπὲς εἶδος ἔχουσαν,
 Παρθένον αἰδοίην, ὅφρ' ἂν συνέποιντο κίοντι.
 795 Ἄψυρτος δ' ἀπάγευθε δόμους ναίεσκε πόλιος·

Ἄρμα

777. παρθένον Voff.

778. τόξοισιν Voff. συνθ. sph. Esch.

780. λάβεκε χαρ PAI.

781. εὐρύττε Voff. ἐύρυτε PAIC.

782. F. ἀστὲρα δαί ἰ ἀναρπ. Sed δή μιν ἀφασπ. ῥεῖθρον Cl. Ruhnk.

Sed de hoc nomine vid. ad 955. in
 vniuersum.

782. Quid sibi velit in hac nar-
 ratione αἰὲν, equidem comminisci
 non possum; neque indicatur, quid
 rapuerit stella, et per Pontum abs-
 tulerit. Suspicio dedisse poetam,
 ἀστὲρα δαί ἰ ἀναρπ. Qua ratione
 plane nihil de antiqua scriptura
 mutatur, nisi quod vltima de αἰὲν
 tollitur: quae nempe tum demum
 adiecta videatur, cum male prae-
 cedentes literae diuisae et coniu-
 ctae sunt: cui malae dispositioni oc-
 casionem forte dedit non valde fre-
 quens vsus τῆς δαί, de qua inter
 antiquissimos Grammaticos non
 constituisse nouimus. Vid. VV. DD.

ad Hesych, post Δαῖροι, vbi est
 σύνδεσμος ἴσος τῶ δὲ συμπλεκτικῶ.
 De illo vsu Homericō et Atticorum,
 Euripidae praefertim et Aristopha-
 nis, in interrogationibus hic nihil
 dicimus. Utamur modo illo Apo-
 lonii Argon. 1, 267 Διῶεστε δ'
 ἀρήϊα τεύχε' ἀέραν Πέφραδεν, οἱ δαί
 σῖγα κατηφέες ἤεροντο, vbi simpli-
 citer, vt hic, συμπλεκτικὸν est,
 h. e. narrationis partes connectit.
 Reliqua, spero, ex interpretatione
 apparent. Οἴχεδαυ ῥεῖθρον sine
 praepositione dici, Homeri fami-
 liarem non offendet.

785. Illud εἴλετο, quantum mea
 ope impedire possum, eripi poetae
 non patiar. Videtur allusionem
 habe-

sibi videretur videre in virginis, quam domi suae educabat, desiderabili sinu moueri (*scintillare*) astrum praefulgens vt solet aetherium per meatum, quod illa cum peplo susceptum laeto animo, (780) ferret in pulchri fluminis vndam Phasidis, astrum in fluuium eam rapiens abire, et per Axinum pontum eam ferre. Hoc viso doloso excitatus est repente, horrendusque illi circa praecordia timor tractus est. (785) Profilit stratis, famulosque celeriter equos sibi iussit parare, rhedaeque subiungere, vt placaret, ad amabile illius fluentum delatus, verticosum Phasin vna cum Nymphis indigenis, animasque heroum, quotquot ad fluuium oberrarent. (790) Tum filias odorato ex thalamo euocauit, Chalciopen cum Phixi interfecti filiis, ac teneram Medeam excellenti forma praeditam, pudicam virginem, euntem se vt comitarentur. Absyrtus seorsim ab vrbe aedes habitabat.

Ep. 2 p. 80. 785. *Απροφανῆ* Voss. *Φρένας* *ἵστο* Ruhnck. p. 81.
 788. *μαλιζουστο* Voss. 789. *μίγα* Af. PAIC. *ενδαπιοι μεγα*
 Voss. et marg. *μίγα*. *μέγα* est a Steph. 790. *ἄσσαι ἐπὶ*
 Voss. 791. *Ἐπίδ.* PAIC. *θαλαμοις* Voss. *ἐκλυζε* omn.
 795. *τεκῆος* conl. Ruhnck. l. c.

habere ad *ἔλαος*, quod ἀπὸ τῆς *ἑλαων* deriuant Grammatici, quod pars sincera trahitur ab vicere.

788. Videtur hoc indicare poeta, huius expiandi causa hanc ad Phasin professionem institutam esse. Ne Phasis sibi raperet filiam, rex menebat.

789. [*Ἐνδαπίης μέγα νόμφους*] vulgares editiones legunt *μίγα*, *κτασσις* neque sic male. RICH.

789. Cum, quid *μέγα* hic sibi sit, plane non intelligam, suspicor esse errorem Stephanianae a posterioribus, vt solet, repetitum. Exerunt, non dubito, vt *συνάμια*, et etiam *συμμίγα*, quod hic poeta tmesi dissolutum est. GERN.

791. Sexcenta exempla sunt, vbi primae editionis errores repetunt reliquae ad Stephanum vsque. Neque post Stephanianam temere quidquam mutatum est. Non est igitur mirum, cum semel eruditos Stephani oculos fefellit illud incongruum *ἐκλυζε*, illud neque a duobus successoribus esse emendatum.

795. Rationem parenthesi huius versus reddere puto Poetam, cur Absyrtus non vna cum patre profectus sit. Habitabat separatim extra urbem, vt longum fuerit festinanti Aetiae illum arcessere ad cerimoniam, in qua non valde opus illo erat. Apollonius in eo loco, qui fundus est Ruhnkenianae
 H emen-

- Ἄρμα δ' ἐπὶ χεύσειον ἔβη μίγα θυγατέρεσσιν
 Αἰήτης. τὸν δ' αἶψα δι' ἐκ πεδίσ Φέρον ἵπποι
 Χεῖλος ὑπὲρ ποταμῷ δονακώδεος, ἐνθά περ αἰεὶ
 Εὐχολαὸς βεῖθροισι καὶ ἱερά καλ' ἐκόμιζον.
- 800 Κείναισι δ' ὄχθαισιν ὑπόδρομος ἤλυθεν Ἀργῶ.
 Καὶ ῥα τὸτ' Αἰήτης εἰσέδρακεν, ἐν δ' ἄρα πολλὰς
 Ἐξείης Ἥρωας ὀμιλαδὸν ἐδριώντας,
 Ἄθανάτοισι ἰκέλεις· περὶ γάρ ῥά ἐ τεύχεα λάμπει.
 Τοῖσι δ' ἄρ' ἐν πάντεσσι μετέπρεπε δῖος Ἴησων
- 805 Ἥρη γὰρ περὶ πάμπαν ἐτίετο, καὶ οἱ ἔδωκε
 Καλλὸς τε μέγεδός τε καὶ ἠνορέην ὑπέροπλον.
 Ἄλλ' ὅτε δὴ χεδὸν ὄντες ἐπ' ἀλλήλοισι βάλον ὄσσε
 Αἰήτης Μινύαι τε περὶ φρένα παχνώθησαν.
 Πρῶθε γὰρ Αἰήτης μὲν ἐφ' ἄρματος ἥλιος ὡς
- 810 Λάμπετο μαρμαρυγαῖσι πέρι χρυσέων ἀπὸ πέπλων
 Ἀμφὶ δὲ οἱ σεφάνην κεφαλή ἔχε θυσανόεσσαν
 Ἀκτίσιν φλογέαις· σιῆπτρον δ' ἐν χερσὶν ἐνώμα
 Ἀσεροπαῖς ἰκελὸν· δοκῶ δ' ἐκάτερθεν ἔησον
 Θυγατέρες· ταῖς γὰρ κεν ἀγαλλόμενος πεφόρητο
- 815 Σμερνὸν ὑπ' ὀφθαλμοῖσι δ' ἐσέδρακε νῆϊ πελααδαίῃ
 Καὶ οἱ ἀπὸ σπηθέων βριαρὴν ἀνενεύκατο φωνήν,
 Δεινὸν ὀμοκλήσας· μέγα δ' ἀντιάχων ἐγεγῶνες·
 „Φράζετον, οἵτινες ἐσὲ, τί δε χρεὸς ὑμᾶς ἰκέανες

796. θυγατέρασι Voff. 798. ποταμοιο Voff. 801. εισεδρα-
 κεν Voff. — δραμ. al. F. εἰδ' ἄρα. 806. Καλλος καὶ Voff.

emendationis, 3, 239 in descriptione urbis Colchorum, atque adeo non in ea parte fabulae, quam hic tractamus, memorat domum Absyrti e regione regiae Aetiae positam. Si sermo esset de historia eadem, eaque vera, haec urbana domus non repugnaret villae ab urbe remotiori: nedum ut poetae narratio vnus sit ad alterius fidem exigenda et mutanda. Si quis vetera ad laudatum modo Apollonii locum scholia inspicere velit, videre poterit quinque diuersas ma-

tres Absyrti a nobilibus totidem scriptoribus assignari.

801. Cum ad manifestam rationem, iam a Cl. Wesselingio Obf. 1, 22 p. 90 propositam, etiam Voffiani libri auctoritas accederet, non debuit diutius corrupta manifestatio hic tolerari. Sic fecimus supra 463. Pro ἐν δ' ἄρα, h. e. ἐν αὐτῇ εἰσέδρακεν, verti, quasi esse εἰδ' ἄρα. Illa lectio hiulca bini supplementis indiget; in hac nihil abundat.

tabat. (795) Currum deinde aureum cum filiabus conscendit Aetes, quem celeriter per campum tulerunt equi per arundinosi ripas fluminis, vbi semper vota fluentis et litantia ferebant sacra. Illas ipsas ripas subiens venit Argo, (800) adspicit Aetes, videtque multos deinceps Heroas vna sedentes immortalibus similes, ita circa illos lucebant arma. Inter omnes autem decore nobiles Iason eminebat: adeo illum in omnibus honorabat Iuno, dederatque illi (805) formam, staturam, virtutem praestantissimam. Sed cum iam ex propinquo conicerent in se inuicem oculos, Aetes pariter et Minyae circa praecordia obriguerunt. Primo enim obtutu Aetes suo in curru solis instar circumlucibat splendoribus a peplis aureis; (810) caput illi cinctum erat corona fimbriata radiis ardentibus, sceptrum manibus librabat fulguribus simile. Ambae ab utroque latere sedebant filiae, quibus laetus et gloriabundus ferebatur. Sic appropinquans naui terribile oculis tueretur, (815) vocemque de pectore fremebundam emittit, horrendum inuitans grauiterque reboans insonuit, Dicit, qui estis, aut quae vobis necessitas venit, et vnde,

vτ

808. περι χρεία Voff. 810. περιζ χρυσ. Voff. F. περίξ vera lectio. 811. Δυσσαγο Voff. 812. Ακτισσι φλ. Voff. 813. F. leg. ἔηδον. 815. Σμαρδόν P. 818. Φράζετε Voff. ἔσόν id. F. χρείας ὑμῶν.

809. Toto ornatu patria Solis insignia ostentat Aetes V. ad 870.

811. Ἀμφὶ δὲ οἶ] Legendum crediderim — σεφάνη κεφαλῆν ἔχε Δυσσαγόσσα. H. STEPH.

811. Ἀμφὶ δὲ οἶ] Stephanus ait: σεφάνη κεφαλῆν ἔχε Δυσσαγόσσα. ESCH.

818. Clarckiana illa sententia, quae negat vnquam dualem pro pluri poni, nimis Geometrica et abrupta est, quod pulchre vidit ad D. A., 566 Ernestus, et pluribus et ipsius Homeri exemplis potest

ostendi. Sed hoc loco vti non lubet, ob Vossianam lectionem Φράζετε quamquam quod vna manu dare videtur hic codex Clarckio, id altera idem adimit: ἔσόν enim duale est. Sed versui non congruit, et forte ortum ab homine, qui indicare vellet, ad Φράζετον referendum fuisse ἔσόν. Cf. 843. 1089. it. de Lapp. Pr. 77. Sed difficilius est videre, quomodo cohaereant, quae abrupta et regia breuitate sequuntur. Concedamus, formam pronominis ὑμῶν recte se habere; demus

H 2

- 820 Ἐκ ποθεν ἔλδομένοισι Κυτήϊδα γαῖαν ἀμείψαι.
 Ὀὐδ' ἄρ' ἔμην ἀλέγοντες ἀνακτορίην πεφύβηδες,
 Ὀὐδὲ λεῶν σκήπτροισιν ἐπήρανον ἡμέτεροισι
 Κόλχων, οἳ κεν Ἄρηι δορυσσῶ εἰσὶν ἀτειρεῖς,
 Ἐς μόθον ἱεμένοις εὖ εἰδότες Ἴφι μάχεσθαι.
 Ὡς ἔφαθ', οἳ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.
 825 Λίσονίδη δ' ἄρα θάρσος ἐνὶ πραπίθεσσιν ὅπασσεν
 Ἥρη πρέσβα θεά· μέγα δ' ἀντιάχων ἐγεγῶνες,
 Οὐτέ νυ ληισῆρες ἰκάνομεν, ἔτε τιν' ἀλλήν
 Γαῖαν ἐσιςρωφῶντες, ἐγείρομεν ὕβριος αἴση
 Ἔργ' ἀδίκ' ἀνθρώποισιν, ἃ δὴ πολέες μεμάασι
 830 Τέτλαμεν ἐν βιοτῇ κέρδους ἔνεκεν σφετέροιο.
 Ἀλλὰ μοι ἄθλον ἔταξε Ποσειδῶνος φίλος υἱὸς
 Πατροκαστῆγηςτος Πελίας, χρύσειον ποτὶ κῶας
 Λαζομένους ἀφικέσθαι ἔυκτιμένην ἐς Ἴωλκόν.
 Οὐδέ τι δὴ νωνυμοὶ ἐμοὶ ἐρίηρες ἔταῦροι·
 835 Οἳ μὲν γὰρ μακάρων, οἳ δ' Ἡρώων γένος ἐσμέν.
 Οὐδέ τι μὲν πολέμων ἀδαήμονες ἐδὲ μόθοιο,
 Ζεῖνοι δ' εὐχόμεθ' εἶναι ἐφέσιοι, ὥς γὰρ ἄμενον.
 Ὡς φάτο. τῆ δ' ἄρα θυμὸς ὀρίνετο ἴσος ἀέλλα
 Αἰήτω, καὶ σμερνὸν ἐσέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν,
 840 Φρικτὸν ἐφ' Ἡρώεσσι δόλον καὶ μῆτιν ὑφαίνων·
 Ὀψὲ δὲ δὴ Μινύασι τοίην ἀνενεῖκατο Φωνῆν·

821. κωσικ. Voff. ἐπύρανον PAIC. 822. δορυσσῶ ἰ σιν (ἐπύ-
 ριν I) ἀτηρῆς PAIC. δορυσσῶοι alii. ἀτηρῆς etiam Af. et Voff.

demus ἵκάνει με χρέος significare, *impudat me necessitas, vel venit mihi usus*: quid sibi vult Datius proximā versus ἔλδομένοισι? Sublata erit difficultas si legamus pro ὑμᾶς, consueta Doribus forma Dativi ὑμῶν. Sic sententia oriatur, quam interpretatus sum. Ἐκ ποθεν inculcatum velut parenthesi peculiarem quaestionem continet de patria, vel loco vnde veniant.

819. Κυτήϊδα γαῖαν] Tzetzes ad Lycophronem Κύταια, πόλις κολχίδος, ἔστιν αὐτῆν (Μέδωα) Κυ-

ταίην ἔφη. Confer Apollon. Schol. ad lib. II. v. 401. Stephanum Byzantin. de urbibus etc. ESCH.

821. Ἐπήρανον] Perdrierius pro ἐπήρανον, ἐπήρατον substituit, sed nihil opus est hac correctione. ESCH.

821. Cl. Pierfo. Verif. 1, 9 p. 10 malit σκήπτροις ἐπήρανον, tueturque illam adiutoris vel auxiliatoris significationem, de qua dictum a v. 86. Hanc notionem facile equidem hic admiserim: quamvis amplitudini fauet illa praeclara Cyprorientis vox apud Xenoph. Cy-

„E

ut velletis in Cytaidem terram transire? Meum igitur nihil curantes imperium non extimistis? (820) neque populum sceptris adiutorem nostris Colchorum, qui vel ipsi Marti hasta impetuoso sunt iniuiolabiles, *contra* se euntibus in pugnam fortiter pugnare docti? Sic fatur, at illi ne hiant quidem silentio. Igitur Aesonidi audaciam dedit in praecordiis (825) Iuno veneranda dea, qui magnum contra freinens insonuit: Neque ut latrones venimus, neque alienam terram vagabundi obeuntes per contumeliam facta iniuria in homines suscipimus, qualia conantur multi audere in vita sui emolumentum causa: (830) verum mihi laborem iniunxit Neptuni filius, *meus* patruus Pelias, ut *non nisi* aurea pelle capta redeamus in bene conditam Iolcum. Neque ignobiles sunt cari mihi focii. Alii deorum, Heroum alii genus sumus, (835) neque bellorum imperiti neque pugnae. Hospites autem tui potius domestici optamus esse. Sic enim melius est. Sic dixit. Animus vero Aetiae procellae instar commotus est, et horrendum obtutus oculis terribilem contra heroas dolorem et consilium texens. (840) Post longum vero intervalum talem

- | | | |
|------------------------|----------------------|-----------------------|
| 823. Es omiffum PAIC. | 824. σιωπᾶ PAI. | 826. Σεῶν |
| Voff. | 827. Ουτε τι Voff. | 828. Λιων Voff. |
| 829. με- | 830. Ξενικ Voff. | 834. Οὐδέ ποί δ᾽ ἴδη. |
| μίαισσι Af. PAIC. | 836. οἱ πολλοί Voff. | |
| Esch. οἱ γυνυμοί Voff. | | |

pp. 8, 7 οἱ πολλοὶ φίλοι σκήπτρον
 ποικιλοῦσιν ἀληθέστατον. Scep-
 tre fauens populus magnum regni
 caesidium. Sed puto ἐπήρανον et
 ῥόρανον eandem vim habere: hoc
 omiffum apostrophum poetice fi-
 guratum quodam modo. GESN.

822. Δορυσοῶν legendum prae-
 rare monuit Pierfo. l. c. Talia
 peccata in libros irreperunt occa-
 sione mutatae antiquae scripturae,
 et introductum longum O.

828. Ἰβριος αἴση nihil aliud
 significat, quam per iniuriam. Est

enim saepe simpliciter ratio vel con-
 ditio, ut apud Pindarum Pyth. Γ,
 108. Ol. 6, 175 etc.

831. Genealogia ab ipso Homero
 prodita Od. A, 253 et 258 Tyro Sal-
 monaei F. ex Cretheo, cui nupta
 erat, Aesonem peperit Iasonis pa-
 trem, ex Neptuno vero Peliam.
 Hunc igitur πατρονασίγητον, vte-
 rinum fratrem sui patris, vocat h. l.
 Iason.

841. Posterius hemistichion τοῖον
 ἀνεγνώστα Φωκῶν est etiam Moschi
 Id. 2, 130.

- „Εἰ μὲν δὴ Κόλχοισιν ἀρηιφάτοισιν ἑσάντα
 „Μαρναμένοις ἐπιθῆσον, ἀποφθίσειν μένος ἀνδραῖ
 „Ἐλπεδ', ὡς κεν ἀδήριτον γέρας ἔσσει' ἐν ὑμῖν,
 845 „Κῶας ἀειρομένους ἵεναι πρὸς πατρίδα γαῖαν
 „Εἰ δέ γε παῦροι ἔόντες ὑποκλίνητε Φάλαγγι
 „Ἡμετέρῃ, τότε νῆα καταφθιμένοισι κεάξαι.
 „Εἰ δὲ κέ μοι κείδησε, τὸ καὶ πολὺ κέρδιόν ἐστιν,
 „Κρίναντες τιν' ἄρισον, ἢ ὅς βασιλεύτερός ἐστιν,
 850 „Ὅφρά κε πειρηθεῖς ἀέθλων, ἔς αὐτὸς ἐνίσπω,
 „Κῶας ἔλη χρυσεῖον· ὃ καὶ γέρας ἔσσειται ὑμῖν.
 „Ὡς εἰπὼν ἵπποισιν ἐκέκλετο· τοῖδ' ἄρ' ὀπίσσω
 Βῆσαν ἀμειβόμενοι, Μινύαις δ' ἄχος ἔπλετο θυμῷ
 Καί ῥα τόδ' Ἡρακλῆος ἔχον πάθος, ἔ γάρ ἔμιμνον
 855 Ἔθνος ἀμαιμάκετον Κόλχων καὶ θέρειον Ἀρην.
 Νῦν δέ σοι, ὦ Μισσαῖε, παραδρομαίην ἀγορεύσασθαι
 Οἷά περ ἀνόμοροι Μινύαι πάθος, ἠδ' ὅσ' ἔρεξαν·
 „Ὡς τ' ἀψοβρὸς ἔρεσ' ἐκ δώματος Διήταο
 Ἄργος εὐμμελής Φρίξεν παῖς, ὅν ῥα ἔτικτε
 860 Χαλκίοπη (τῷ γὰρ παρελέξατο, πατρὸς ἐνιπῆ,
 Ἠνίχ' ὑπὲρ νῶτω κριῖ Κόλχοισι πελάδι)
 Ἀγγέλλων Μινύαισιν, ἃ δὴ τελέεσθαι ἔμελλε
 Σφῆσιν ἀτασθαλίῃσι πολυφθόρον Διήταο·

843. ἐπιθῆσον Voff. ἀνδρῶν Af. et Voff.

846. Εἰ δὲ νυ π. Voff. ἐόντες AIC.

844. F. ἔσσειται ὑμῖν.

847. Ἡμέτεροι PAIC.

843. Ἐπιθῆσον Dualis pro Plur.
vid. ad 818.

847. Minae similes Iouialibus illis
Od. M, 388 Τῶν δ' ἐγὼ — νῆα —
περαυνῶ — κείσασαμι. Saepe illo
verbo futuri aut infiniti temporis
in findendi, frangendique signifi-
catione utitur Homerus, sed nun-
quam aliter quam per σ aut σσ.
Sed ideo mutatione nihil opus est.
Abruptam orationem, qualis est
merito minarum regiarum, in lecto-
rum, qui frigidi haec cognoscunt,
gratiam expleui.

851. Apodosis orationis Aeēt
ineff in verbis ὃ καὶ γέρας ἔσσειται
ὑμῖν. Nempe obseruarunt ol
Grammatici, nominatim Hesychi
h. v. ὃ etiam poni pro δὲ ὃ vel ὃ
Monuerunt antiqui interpretes
primis ad Od. Ψ, 220 quos mirab
nisi audit Ernestus meus (hoc i
forte, quo scribimus ista, temp
occupatus in illo loco considerand
prae Daceria et Barnesio, et Cl
ckio filio.

856. Consilium huius libri, quod
iam monuimus, non fuit omni
fa

lem Minyis sermonem retulit. Si quidem Colchos bellicosos ex aduerso pugnantes inuaseritis, et conficere virtutem virorum speratis, sic sine controuersia praemium vestrum erit, ut sublato vellere in patriam terram redeatis: (845) sin vero pauci qui estis phalangi nostrae cesseritis, tum *hoc praemium erit*, ut nauim vestram vobis pereuntibus diffindam. Si autem mihi obtemperaueritis, quod multo est vtilius, ut eligatis praestantissimum inter vos et regno dignissimum, qui expertus labores, quos ipse dictabo, (850) auferat velus aureum: illud etiam vobis erit praemium. Sic factus equos hortatur, qui retro abeunt. Minyis vero dolor animos occupat. Tum sane Herculis illos desiderium subiit: neque enim sustinere se sperabant posse gentem Colchorum inuictam, et impetuofum Martem. (855) Iam vero tibi, o Musae, cursum enarrabo, quae graui fato pressi Minyae passi sunt, et quae fecerunt: ut retro currens venerit e domo Aetae Argus, bellicosus Phrivi F. quem Chalciopē peperit, (cum hoc enim patris imperio coniugium inierat, (860) cum in dorso arietis Colchos venisset) nuncians Minyi, quaecunq; peragenda *contra illas* essent sceleribus perniciosi

851. *οσσετα.* Post 858 Ἡδ' αἰς παρθενίους αὐτῆ Φιλτροῦς ἰδαμιάδῃ hic inserit Voss. 860. *πατρος ἐν οἴκῳ* Voss.

fabulam Argonauticae expeditionis enarrare; sed ea maxime, in quibus Orphei partes insigniores fuerunt. Hinc multa tantum attinguntur in transcurso, et raptim indicantur potius, quam explicantur. Commodè introducta est ad eam rem Musaei persona, cui se enarrasse alias vel enarraturum dicit, quae hic modo attinguntur.

858. Versus, quem hic inserit Vossianus liber, debetur nomini αἰήτω, quod praecedentem versum claudit, in quod exit etiam versus

863. Animaduertit mox errorem suum librarius: sed cum litura deformare codicem suum nollet, perrexit scribere.

859. Ἄργος ἑυμελῆς] Si metri rationem sciuisset Perdrierius, non certe ἑυμελῆς mutasset in εὐμελῆς. ESCH.

863. Illud σφῆσιν molestum est: aut plane παρέλκων dicam more nostrorum hominum durch des Aetes seine Bosheiten, de quo ad v. 167: aut, quod multo malim. legendum σφῆσιν (pro αὐτοῖς) producta licenter penultima, vel ob

- Ἦδ' ὡς παρθενίοις αὐτῆ φίλτροις ἔδαμάσθη
 865 Λινόγαμος Μήδεα, θεῶς Ἡρῆς διὰ βελῆας.
 Ἐν γάρ οἱ ἴμερον ὤρσεν ἔρωτοτρόφῃ Κυθήρεια,
 Ἦκε δ' ἄρ' ἰὸν ὑπὸ σπλάγχχοις δασπλήτης Ἐρινύς.
 Ὡς τε βόας ζεύγασσι δαμάσσατο πυρὶ πνέοντας,
 Τετράγυον θέμενος σπόρον αὐλακι, τὸν δ' ἐκόμισσε
 870 Φρίξος εὐμμελῆς, ὅτ' ἔβη δόμον Αἰήταο,
 Ἐδνον Ἐνυαλίον τε δρακοντείων ἀπ' ὀδόντων.
 Ἦδ' ὡς δυσμεγέων σπαρτῶν σάχυν ἔξενάριξεν
 Αὐτοφόνω παλάμῃ, πῶς δ' ἀγλαὸν ἤρατο κῦδος
 Αἰσονίδης· ὥς τ' ἦλθε δι' ἐκ μεγάρων λελαθῆσα,
 875 Λῆτι καλυψαμένη ἐανῶ διὰ νύκτερον ὄρφνην,
 Παρθένος αἰνολεχῆς· (περὶ γὰρ βῆ ἔτειρον ἔρωτες
 Νηὸς ἐπ' Ἀργώας πελάσσει, καὶ πότνι ἀνάγκῃ)
 Οὔτιν' ὀπιζομένη πατρὸς χόλον, ἐκ ἀλέγθεσα.
 Ἦδ' ὡς ἀμφιπλακείσα περιπτύξασά τε μορφαῖς,
 Στέρ-

866. ἔρωτοτρόφος κυθ. Voff. F. ἔρωτοτρόφος. 867. κρινις Voff.
 868. πυραυτι. Voff. 870. εὐμμελῆς PAIC. 871. ενυαλιον Voff.

spiritum vehementem in Φ, vel ob
 fibilantem quae statim sequitur,
 vel denique vt fiat versus ἀνέφα-
 λος. Haec quidem sunt σοφῆ Φάρ-
 μακα Grammaticorum, quibus
 etiam in plusculis Homeri versibus
 Clarckius vtitur. Σφῶιν etiam
 penultima producta legunt Il. B,
 206, qui legunt Σκῆπτρον ἠδὲ θί-
 μιστας, ἴνα σφῶιν βασιλεύῃ. Sed
 versus ille controuersus est. Porro
 autem videtur aliquis, qui apud
 nostrum τὸ σφῶιν incommode ver-
 sum incipere putaret, σφῆσιν sub-
 stituisse festinanter, quod cum ἀτα-
 θαλίῃσιν iungeretur.

864. Illud αὐτῆ principem per-
 sonam notat, vt αὐτῆς Ἡρᾶ etc.


868. Cum durum sit priorem in
 πυρὶ produci, blanda remedia pro-
 ponuntur a Doruillio ad Charitonem
 p. 773, et Schradero ad Musae. v. 41
 πῦρ πνέοντας, vel vno verbo πυρο-
 πνέοντας, vt prima syllaba necessi-
 tate quadam in trium breuium con-
 cursu possit corripri.

870. Phrixum Athamantis filium
 faciunt ex Nephele. Hic nouercae
 suae Inūs Cadmi F. furorem fu-
 gens, de draconis istius dentibus,
 vnde Sparti s. Cadmei fratres orti
 fuerant, quos Ino dotales in do-
 mum Athamantis intulerat, aliquot
 ad Colchos et socerum Aeēten at-
 tulisse, hic dicitur. Aliter vt multa
 alia scilicet Apollo. 3, 1175 sq.

ciofi Aetæ: et vt virgineis illius *Iasonis* illécebris vi-
 da fuerit infelix coniugii Medea, Iunonis deæ confi-
 lio: (865) desiderium enim in illa mater amorum Cy-
 therea excitauit, misitque in viscera illius sagittam atrox
 Erinny: tum, vti boues sub iugum igniuomos miserit
Iason enarrabo, quatuor iugerum semen fulco depō-
 nens, quod apportarāt secum pugnax Phrixus, cum in
 Aetææ domum veniret, (870) dotem Martiam de Dra-
 conis dentibus: et quomodo inimicorum Spartorum se-
 getem occiderit, ipsorum in mutuas caedes grassante
 manu, splendidamque vt gloriā retulerit Aesonides:
 et vt clanculum domo venerit, linteo tecta peplo pro-
 pter nocturnam caliginem, (875) virgo infausta coniu-
 gio. Aderant illam amores et domina necessitas, ad
 Argoam nauim vt accederet, nullam patris iram respi-
 ciens neque curans. Et quem ad modum amplexa mēn-
 brisque circumfusa Iasonis, pectora cum impetu irru-
 ens

872. εζεναιζαί Voff.
 874. ηλθετε δι' Voff.

873. Αὐτοφῶνῳ PAIC. γυδὸς Voff.
 877. ἀργῶνς Voff.



Illud *τε* ad ἐνοσίχθων adiectum faci-
 lius concoquebam, cum compara-
 rem cum illa Romanorum ratione,
Dotem, eamque Martiam.

873. Plenus ista enarrata videre
 licet ab Apollo. 3, 1373 sq.

875. Secundum ea, quae dispu-
 tat Clarck. ad Ιλ. Γ, 38 Αἴτς (al.
 λαι) adiectiuum est, subtile s. tenue

significans, ἐανῶ autem, penultima
 ma correpta, pepulum notat. Eschen-
 bachius hic citauit Hesych. voc.
 Αἴτς.

879. Μορφῶς hic potius vniuer-
 sim membra, quam faciem siue vul-
 tum notare, res ipsa satis loquitur:
 contra Eustath. ad Od. II, 181
 p. 601, 25 Ἀργῶνα τοῖς πηλοποιῖς ἐπέ-
 H 5 ποσῶν

- 880 Στέρνα τε μαιμώασα κύσεν χάριέν τε πρόσωπον,
 Δάκρυσι πλημμύρυσσα γενεάδας· ἔδέ τιν' αἰδῶ
 Ἔχε πόθων Ἥρωος, ἐλαυνομένη δ' ὑπὸ Φίλτρων,
 Παρθενίην ἔρριψε, γάμων τ' εὐήνορα θυμόν.
 Ἄλλα τ' αὖ πολλὰ καὶ ἐσύσερον αὐθις ἀκῆσαι.
- 885 Ἄλλ' ὅτε δὴ Μήδεια λίπεν δόμον Αἰήταιο
 Λαθριδίη, καὶ νηὸς ἐφ' ἡμετέρης ἐπελάδῃ,
 Δή τοτ' ἄρα κατὰ θυμόν ἐμηδομεθ', ὄφρα μολόντες
 Ἄμφ' ἱερῆς Φηγοῖο δέρας χρύσειον ἔλωμεν.
 Ῥᾶσα περὶ Φρεσὶ δ' ἤσι δοκεύομεν, ἔδέ τις ἡμῶν
- 890 Ἐγνώ μόχθον ἀελπτὸν· ἐφέσπετο γὰρ μέγα ἔργον
 Πᾶσιν ἐφ' Ἡρώεσσι, κακῶν δ' ἀνεφαίνετο πυθμῆν.
 Πρόδε γὰρ Αἰήταιο δόμων ποταμοῖο τ' ἔρυμνῃ
 Ἐννέ' ἐπ' ὀργυιῶν ἕρκος περιμήκετον ἀντην
 Φρερεῖται πύργοισι καὶ εὐξέσοισι μύδροισιν,
- 895 Ἐπτά περὶ τεφάνοισι κυκλόμενον. ἐν δ' ἄρα τρισσάη
 Χαλκήρεις πύλαι εἰσὶ πελώριοι· ἐν δ' ἄρα ταῦσι
 Τείχος ἐπιθρώσκει, περὶ δ' αὖ χρύσεια ἐπάλξεις.
 Αὐτὰρ ἐπὶ σαθμοῖο πυλῶν τηλῶπις ἀνασσα
 Ἴσανεν αἰθύσσει πυρὸς σέλας, ἦν κέ νυ Κόλχοι
 Ἄρτε.

880. κυσε χαρ. Voff. 881. πλημύρ. Voff. 882. Ἥρωος
 PAIC. ἔλυν. P. 884. ἀκῆση Voff. vid. leg. ἀκῆση. 887. Δη τοτε
 οἱ κατα Voff. 888. δέρας Voff. 889. ἡμῶν Voff. 892. προ-

προσώπῃ τιθέναι τὴν μορφήν· - διὸ καὶ Φασίν, ὅτι εὐαδῆς μὲν ὁ τῆ εἰδὸς αὐτὸς ἔχων, ἦγεν ἅπαν τὸ σῶμα καλὸς· εὐμορφος δὲ ὁ μορφῆς αὐτὸς ἔχων, οἷον εὐπρόσωπος.

883. Παρθενίην non esse illam conditionem intacti corporis, quam vulgo virginitatem vocamus, ex totius fabulae tenore notum: sed statum illum conclusae et custoditae intra thalamum, nutricis praesentia, mitraque adeo, integritatis etc. Εὐήνορα θυμός, talis animus, qui placere honesto viro, et illum allucere potest. Quo minus pudorem tuentur puellae, eo magis spei nuptiarum officiant.

884. Luxatum esse hunc versum, et numeris suis excussum, apparet. Nec sanate difficile fuerit, V. G. sic, Ταῦτα δὲ καὶ πόλλ' ἄλλα ἐς ὕς. α. α. Sed an ita dederit auctor, non dixerim: illud vero asseuerare ausim, suffragante praesertim Voffiano, legendum esse ἀκῆση, et sic interpretatus sum.

885. Redit ad directam narrationem et ea, in quibus Orphei ministerio opus erat, praecipue.

888. Ἄμφ' non referendum ad ἔλωμεν, sed significat locum et situm velleris, quem adhuc habuerit.

ens osculata fuerit venustamque faciem, (880) lacrimis inundans genas, nec vllum pudorem habuerit desiderii Herois, sed delinimentis acta amatoriiis virginitatem abiecerit, nuptiarumque honestam cupiditatem. Alia etiam multa in posterum audies. Iam posteaquam Aeetae domum clanculum reliquit *Medea*, (885) et in nauim nostram peruenit, tum sane apud animum deliberauimus, quomodo accedentes de sacra fago auream pellem auferremus. Facillime hoc de illius pectore expectabamus: neque enim nostrum quisquam ne norat quidem desperatum laborem: ingens enim facinus sequebatur, *urgebat cogitatione*, (890) *et premebat* Heroas omnes, malorumque se illis vorago aperiebat. Namque ante domum Aeetae et munitum flumen, septum nouem altum passibus oppositum turribus defenditur et politis molibus, idque septenis insuper moenibus cingitur. (895) Inde triplices ex aere portae sunt ingentes, inter quas murus procurrit, et circum hunc pinnae aureae. Verum in ipso portarum limine longe prospiciens regina stabat ignis fulgorem motu spargens, quam Colchi

89. Voss. 893. ἐνὶ κ' Ἀλ. ὄρ. μήκος Voss. 895. τρισσῶ PAIC.
898. τηλαῖπες Voss. 899. F. αἰθύσσα V. N. δένυ κελ-
χου Voss.

892. Ἐρυμῶν ποταμῶν intelligo munitum altis litoribus, forte etiam operibus manu factis.

893. Difficilia superatu haec munimenta etiam interpreti. Facilius intelligam, si legatur pro ἐνὶ κ' ὄρ. ὄργυιῶν, ἢ τ' ἴ. ἔνι, insuper: praeter fluuium, domus Aeetae habet alia etiam munimenta, quae describuntur.

894. Epitheton facit, vt saxa manu caesa et quadrata malim intelligere, quam ferreas ingentes massas, quas alioquin creare poetae non difficile futurum erat.

899. Pro αἰθύσσα, quod aliunde nondum obseruatum est, αἰθύσσα substituit Cl. Wessel. ad Diod. Sic. 2, 53 p. 166, verbum per σάαν, ἑπιπίζαν explicatum apud Hesychium, cuius compositis adhuc citatis addi possunt διαθύσσα Pind. Ol. 2, extr. et παραθύζε Ol. 1, 89 et παραθύζας Apollo. 2, 1257. Veniebat etiam mihi statim in mentem vtriusque verbi affinitas. Sed, vt sum vniuersim ad mutandum tardior, ita cogitabam, posse αἰθύσω et αἰθύσσα idem significare, vt sunt multa apud Graecos verba terminatione et formatione abundantia. Cf. ad 967.

900.

- 900 Ἄρτεμιν ἐμφυλίην κελαδοδρόμον ἰλάσκονταί,
 Δεινήν τ' ἀνθράποισιν ἰδεῖν δεινήν τ' ἔσακῆσαι,
 Εἰ μή τις τελετὰς πελάσει καὶ θύθλα καθαρμῶν,
 Ὅσσα περ ἀρήτεια καθάρματα μύσις ἔκευθε,
 Δεινολεχῆς Μήδεια Κυθηΐασι μίγα κέραις.
- 905 Οὐδὲ τις ἐνδοτέρω κείνην ὁδὸν εἰσεπέρησεν
 Ἐνδάπιος, ξείνος τε βροτῶν ὑπὲρ ἔδδον ἀμείψας
 Εἶργει γὰρ πάντη δεινὴ θεὸς ἠγεμόνευσα,
 Λυσσαν ἐπιπνεῖσαι ὑπὲρ γαλινοῖς σκυλάκεσσι.
 Ἐν δὲ σφῖν πυμάτων μυχῶ ἔρκεος ἄλσος ἀμείβει,
- 910 Δένδρεσιν εὐθαλέεσσι κατὰσκιον, ὧ ἐνὶ πολλαῖ
 Δάφναι τ' ἠδὲ κρᾶνευσα ἰδ' εὐμήκεις πλατάνισοι
 Ἐν δὲ πῶαί ρίζησι κατηρεφῆες χθαμαλῆσιν,
 Ἄσφodelos, κλύμενός τε καὶ εὐειδῆς ἀδιάντος,
 Καὶ θρύον ἠδὲ κύπερον, ἀρισερεῶν τ' ἀμενηνά,

902. τελεταις Voss. PAIC. 903. κίσις V. N. 908. ἐπιπλά.

900. Κελαδοδρόμος Dianae epitheton vel quatenus venatrix cum tumultu silvas percurrit, vel in quantum Hecate idem facit, quod firmat versus 901. Est scilicet eadem *μηνυχία* 933. Cf. 942.

903. Medea duplex habet epitheton, *ἀρήτεια* est, sacerdos et antistita Dianae, *μύσις* eadem, initiata mysteriis illis et sacris ritibus, quibus illa placatur. Ἀρήτεια *κίσις*, *sacra cista*, vocari minime potest. Vidit haec sine dubio olim ipse Cl. Valckenarius, et restituit dicta ad Ammo. 3, 6 p. 186. si ipsi denuo inspicere h. l. contigit.

908. Λύσσαν] Pro ὑπὲρ et γαλινοῖς aptum aliquod substantiuo *σκυλάκεσσαν* epithetum desidero.

H. STEPH.

908. Ἐπὲρ γαλινοῖς σκυλάκεσσι] Stephanus hic, loco ὑπὲρ γαλινοῖς, aptum aliquod substantiuo *σκυλάκεσσι* Epitheton desiderat, et id

non sine causa, nam praepositio ὑπὲρ et superflua est hoc loco, et cum tertio casu construitur; quid si igitur substitueremus *ὑπερχολοῖς*? Epitheton profecto his canibus satis aptum. zsch.

908. Ingeniosa est huius loci emendatio proposita a Valckenario ad Ammo. p. 148 — ἐπ' ἀργαλῆσι σκυλάκεσσι, quod idem esse putat atque *κίνας ἀργῆς* Homeri. Sed ego nescio an ἀργαλῆσι possit celebrem significare, vel ἀργαλοδα? Nonne blandius est legere ὑπεργαλινοῖς vna voce? Ἡ ὑπὲρ quoties intendat significationem nominum et verborum, nihil attinet dicere. Γαλινὸν, non differre a γαληνῶ, facile quis credat. Augetur vis Dianae, si rabiem statim adspirare potest placidissimis vel supra morem modumque placidis canibus. Sed nolim asseuerate aliquid ponere.

GESN.

909. Pronomen σφῖν hic et qui-

Colchi Dianam iantricem et cursu strepentem placent, (900) terribilem visu hominibus, terribilemque auditu, nisi quis sacras ceremonias admoueat et purgationum piamina, quae quidem piamina sacerdos inysteriorum perita occultat infelix coniugii Medea Cyteides inter puellas. Neque quisquam mortalium vel indigena (905) vel hospes intra illam viam superato limine penetrauerat, adeo vndique terribilis praeses Dea arcebat, rabiem inspirans placidis alioqui canibus. In intimo consepiti recessu lucus excipit virentibus arboribus opacus, in quo insunt multae (910) lauri et corni, proceraeque platani, et herbae, quae radices humiles protegunt, asphodelus, clymenus, et formosa adiantus, et thryon et cyperus, et aristereon infirma, horminumque

ΑΓ. ΠΑΙΟ. 909. πυμάτω ΑΓ. Voff. 913. εὐώδες Voff.

911. ἡδ' εὐμ. Voff.

basdam aliis locis abundare, h. e. vim mihi adhuc incognitam habere, in Indice passus sum. Quid si referri dicamus ad ἕρκος et illius partes, et ἀμάβαν hic idem esse quod excipere? Certe quae alternant vices, ea se inuicem excipiunt. De hac vi verbi, credo, non dubitabunt, qui vsum nostri poetae considerauerint.

911. Qui hanc arborum stirpiumque enumerationem considerauerit, videbit in hoc etiam sibi constare hunc scriptorem, vt vbique nomenclaturam et cognitionem rerum naturalium inculcet. A nobis nemo declarationem et comparisonem horum nominum philologiamque adeo botanicam expectet. Satis hic saeculo fecisse pro meis rationibus mihi videor, si occasionem praebeam Orphicarum stirpium texendi catalogi; in quo certe, vt nempe in aliis quoque partibus operum horum, nondum quidquam

deprehendi, quod antiquum non esse, appareat.

912. Κατηρεφές non tam esse testum, inumbratum, quam quod tegat, inumbret, etiam Homericus vsus declarat, apud quem σπέος κατηρεφές dicitur, in quantum tegit et occultat alia. Hoc inquit dicat etiam Schol. Od. N, 349 vbi interpretatur κατηρεφές σπέος per κατακαλύπτου, καταστέγον, et Od. E, 367 vbi κῦμα κατηρεφές recte declaratur κατακαλύψαν.

913. Κλύμενος] Haec herba a Dioscoride vocatur κλύμενον lib. IV. c. XIII. Plinio Clymenos lib. XXV. c. VII. quamquam eamdem alibi cum Periclimeno confundat. Sed et ἀδιαντος Dioscoridi dicitur lib. IV. cap. CXXXVI. non ἀδιαντος.

ESCHESB.

914. Ἀριστεριών] Vid. Hefychium, in hac voce, vbi tamen lege φυτῶν τῶν.

ESCH.

915.

- 915 Ὅρμιόν τε καὶ εἰρύσιμον, κύκλαμῖς τε θεοδῆς,
 Στοιχᾶς, παιονίη τε, κάτερες τε πολύκνημον·
 Μανδραγόρης, πόλιόν τ', ἐπὶ δὲ ψαφάρων δίκταμον·
 Εὐοδμός τε κρόκος, ἰδὲ κάρδαμον· ἐν δ' ἄρα κῆμος,
 Σμίλαξ, ἠδὲ χαμαίμηλον, μήκων τε μέλαινα,
 920 Ἄλκυα, καὶ πᾶνακες, καὶ κάπασον, ἠδ' ἀκόνιτον,
 Ἄλλα τε δηλήντα κατὰ χθόνα πολλὰ πεφύκει.
 Μέσσον δ' ἠερόμηκες ἐπὶ σύπος ἄλσει πολλῶ
 Ἐπλωταί Φηγοῖο πέριξ κλαδεῶσιν ἐρυμνόν.
 Ἐν δ' ἄρα οἱ χρύσειον ἐπεκρέματ' ἔνθα καὶ ἔνθα
 925 Ὅρπηκος ταναοῖο δέρας, τό κεν αἴψα δοκεῖαι
 Δεινὸς ὄφῖς, θνητοῖς ὀλοὸν τέρας, εἰ φατὸν εἰπεῖν.
 Χρυσᾶς γὰρ φολίδεσσιν ἐθεύρεται, ἐν δ' ἄρα πρέμνον
 Ἀπλάτοις ὀλκῶσι φορεύμενος ἀμφιπολεύει,
 Σῆμα χαμαιζήλοιο Διός, ποτὶ κῶας ἀμείβων·
 930 Φρεξᾶς ἀδμήτοις δ' ἐπιμαίεται ἀμμορος ὕπνε,
 Γλαυκοῖς ἀμφ' ὄσσοισιν ἀναυδέα κανθὸν ἐλίσσων.

Αὐτὰρ

915. κυκλαμεις τε θεοδῆς Voff.
 ἠδὲ Voff. 920. κάπασον Voff.

917. Omitt. Af. 918. κρόκος
 922. Μέσσον PAIC. σύπος Voff.

915. Ὅρμιόν τε καὶ] Scribe
 ἄρμονον. Ita Dioscorides lib. III.
 c. 145. Plinius Horminum. Κυκλα-
 μῖς, Dioscoridi et Hesychio dicitur
 κυκλάμιος. ESCH.

916. Στοιχᾶς] Dioscorides scri-
 bit σιχᾶς lib. III. c. 31. sed ostendit
 Saracenus ex Plinii lib. III. c. 5.
 perinde esse, siue σιχᾶς siue σοι-
 χᾶς scribas, quem vide. ESCH.

916. Κάτερες non bene verum
 fuerat, *depressos ramos habens*: est
 epitheton potius synonymicum, in
 quo κατὰ multiplicandi vim habet,
 vt in κατάδενδρος, κατέδωλος (Act.
 Apost. 17, 16) et similibus. Poly-
 cnemon ad verbum multorum ge-
 nicularum herba, eadem κάτερες
 ramis obita, quia fere quot geni-
 cula tot rami. GESN.

917. Μανδραγόρης] Hesychio et
 aliis est μανδραγόρας. ESCH.

918. Κῆμος] De hac herba vide
 Plinium lib. XXVII. c. 8. et ad eum
 Dalechampium, videtur scribendum
 esse κημός. ESCH.

919. Χαμαίμηλον] Vide rursus
 Plinium lib. XXII. c. 21. ESCH.

920. Ἄλκυα] De hac herba
 nihil me apud alios legisse memini,
 ἀλκυόνιον intelligi vix crediderim.
 Sed vide an non legendum sit ἀλ-
 κῆα, de qua Dioscorides lib. III.
 c. 164. ESCH.

921. Ἄλλα τε δηλήντα modo
 cum Aconito videtur coniungen-
 dum, nisi forte etiam κάπασον sit
 herba venenata, nomen mihi qui-
 dem adhuc ignorabile.

924. Ἐνθα καὶ ἔνθα ita intelligo,
 non vno tantum extremo appensum
 fuisse vellus; verum ramo velut
 inequitasse, vt speciem praeberet
 insidentis arietis.

que et erysimum, et diuinæ formæ cyclaminus (915) stoechas, paeoniaque, et ramosum polycnemon, mandragora, poliumque et oblitum lanugine dictatum, odoratusque crocus et nasturtium, insuper cemus, smilax et chamaemelum, nigrumque papauer, alcyra, et panaces, et capasum et aconitum, (920) aliaque noxia in illa tellure multa nascuntur. In medio autem aërius truncus supra magnam luci partem extenditur fagi, ramis circumcirca munitus. In hoc aurea pendet hinc et hinc e longo ramo pellicula, quam perpetuo obseruat (925) horrendus serpens, perniciosum, infandum hominibus portentum: aureis fulget squamis, truncum ipsum immensis spiribus complexus circumuoluitur monstrum hoc inferni Iouis, pellem defendens. Indefessus vero custodiis imminet exorsus somni (930) glaucis oculis ferocem orbem contorquens. Vbi vero audiuimus,

rem

923. περι κλαδ. Voss. ἀδμ. ἐπιμ. Voss.

929. Vid. leg. αἰμύων.

930. Φρ. δ'

925. Cum αἰψα apud Homerum statim et celeriter significet, hic perpetuitatis notionem videtur habere. Nempe ad tenuissimum quemque et leuissimum motum, statim vellus suum serpens respicit.

926. Cl. Ruhnck. Ep. 1 p. 69 putat fuisse hic Hesiodicam vocem ἔτε φαταῖν cuius cum glossa adscripta esset ὁ ἐ δύνάται τις ἀπᾶν, illius verbum vltimum adhaesisse truncato alioquin versui. Idem nomen φαταῖν etiam infra 974 in locum τῆ δαητόν iubet substitui.

927. Potest dubitari illud ἐν quo referatur. Posset iungi cum φορέμενος vt Od. M, 419 Κύμασιν ἐμφορέετο. Sed magis placet vt iungatur cum ὀλοῦσι. Est sane haec praepositio intelligenda, etiam vbi solus Datus instrumenti, modi, partis, ponitur.

929. Ea fere ratione σῆμα hic ponitur, vt Il. B, 308 Ἐνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα. Hic draco est monstrum Iouis infernalis s. Plutonis. Ποτὶ κῶας ἀμαίβων forte significare queat ad vellus alternans h. e. alternis respiciens. Sed durum est, quia sine exemplo. Προσαμύων Homericum verbum, et vltatum, et puichre ad h. l. conueniens, quod interpretatio nostra ostendit.

931. Κανθὸν, canthum in oculo vulgo intelligunt de angulo, vbi coeunt palpebrae. Τὰ ἐκατέρωθεν τῶν βλεφάρων ἄκρα, vt est Poll. 2, 71. Sed haec quidem significatio hic locum vix ac ne vix quidem habet. Canthus ille immotus volui, circummagi nullo modo potest. Succurrit, vt saepissime in glossis et rarioribus Hesychius, ὁ τῆ ἐφθαλμῆ κύνλος, quod nescio quomodo negli-

- Ἀυτὰρ ἐπεὶ κλύομεν τόδ' ἐτήτυμον ὡς ἐτέτυκτο,
 Ἀμφὶ γε Μενυχίης Ἐχάτης Φρυγῆς τε δρᾶκοντος,
 Πάινδ' ὅσα οἱ κατέλεξεν ἀριφραδέως Μήδεια,
 935 Διζόμεθ' ἡμὲν ἀελπτον οἰζυροῖο πόνοιο,
 Ὡς κέ νιν ἀγροτέρην μελιζάμενοι πεπίθοιμεν,
 Ἦδ' ὡς θῆρα πέλωρον ἰοίμεθα, τόφρ' ἀνελόντες
 Δέρμ' ἀπονοσήσωμεν ἐν ἑς πατρίδα γαῖαν.
 Καὶ τότε δὴ μετὰ πᾶσιν ὁμόκλεεν Ἡρώεσσι
 940 Μόψος (ὁ γὰρ τ' ἐδάη σφῆσιν τάδε μαντοσύνησιν)
 Ὅφρ' ἐμὲ γνασάσωνται; ἐπισείβωσι δὲ ἔργον,
 Ἄρτεμιν Ἰλαδαί, θέλξαι δ' ὑπερήνορα θῆρα.
 Ὡς οἱ μὲν λίσσοντο περισπαδόν' αὐτὰρ ἐγὼ γὰρ
 Λισονίδην ἐκέλευσα δῶα δὴ φῶτε κραταίω
 945 Κάσσορά θ' ἰππόδαμον καὶ πύξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα,
 Μόψον τ' Ἀμπυκίδην ἰέναι πρὸς τέρματα μόχθῃ.
 Ἀυτὰρ ἐμοὶ Μήδεια συνέσπετο μῆτη ἀπ' αἰθίων.
 Ἦνικά δ' εἰς σπηῆς ἰκόμην ζῆαθεόν τε θεράπνην,
Χῶρα

933. μνηχ. PAIC.

935. Διζ. οἱ μὲν Voff. F. οἶμον.

negligi in thesauro Stephani potuerit, cum repetierit illud Phaurorinus. Et profecto, qui ferramenta, quibus rotae vinciuntur, τὰ ἐπίσωτρα, κωνθᾶς vocarunt, illi non angulum aliquem, sed circuitum, circulum, orbem, intellexere. Ut paruus Scholiastes et Eustathius ad Il. E, 724 τὰ ἐπίσω τῶν τροχῶν σιδηρᾶ, αἱ καὶ κωνθᾶι καλεῖνται· ὁ ἕξωθεν τὸν τροχὸν κατέχων σιδηρὸς· οἱ σιδηροῖ ἢ χαλκοὶ κύκλοι τῶν τροχῶν. Poteramur Hesychii auctoritate contenti esse: sed scrupulum mouebat illud, quod barbarum nomen esse dicit *Canthum* Quintil. 1, 5, 8 pro ferro, *quo rotae vinciuntur*, et accusat Perfium, qui eo tanquam recepto vsus sit. Sed non ignotum fuisse veteri Graeciae κωνθῶν eo sensu, quo hic nobis opus est, euincit fragmentum Callimachi seruatum in Etymologico M. inter Bent-

leiana n. 150 Ποδαίαι καὶ κωνθῶν ἤλασα ὄρον ἀπο, *scilicet et ab otalis somnum excussi*: cui comparat Sapphus locum, Ὅφθαλμοῖς δὲ μέλας χύτ' ἄωρος. Probare vult Etymologus, ὄρος et ἄρος idem esse, et significare somnum.

935. Editum ἡμὲν ἀελπτον. Videtur necessarium esse substantium nomen, cuius attributum sit ἀελπτον. Cum sit in Voff. οἱ μὲν, putabam, modestam esse coniecturam, si legamus οἶμον, viam, decursum, exitumque adeo aerumnabilis laboris. Atque ita certe interpretatus sum.

936. Ἀγροτέρην Dianam signat non venaticem modo, sed feracem: illud νιν pro αὐτήν relatiuo et demonstratiuo adeo positum. Est enim ipsa Hecate Munychia, et appel-

rem ipsam, vti se haberet, de Munychia Hecate et draconis custodia, quaecunque ipsi (*Iasoni*) curiose Medea declarauerat, quaerimus viam insperatam aerumnosi laboris *perficiendi*, (935) vt immiti Diana placata possumus confidere, aut feram portentosam placare queamus, et tum sublata pelle redeamus in suam quisque patriam. Et tum quidem inter Heroas omnes hortatus est Mopsus, ipse enim sua vaticinandi arte haec sciebat, (940) mihi vt supplicarent, et sic opus vrgerent Dianam placandi ac demulcendi immanem feram. Sic illi me circumstantes orant. At ego Aesonidem iussi viros fortes duo, Castora equitem et Pollucein pugilem, (945) Mopsumque Ampyci F. ablegare ad laboris nostri locum. Me quidem Medea secuta est de omnibus sola. Posteaquam ad cellas veni, et diuinum locum

936. *ως κεν αγγ.* Voss. 940. *Φῆσι Ας. σΦῆσι PAIC. Φῆσαν*
iph. Eschenb. 946. *ἰέναι πατρὸς τέρ. PAIC.*

appellatur 933, ipsa Diana *ἑμπευλή*, de qua a versu inde 900.

937. *Ἰκέσθαι* ea notione ponitur, vnde *ἰκέτης* et *ἰκετεύειν* est: supplicare enim significat, quod vno alteroque loco Sophoclis firmabimus. Ille igitur Aiace 589 *Καί σε πρὸς τῷ σὲ τέκνῳ, καὶ θεῶν, ἰκνῆμαι.* Et Oed. in Colo. 279 *Ἄνδ' ὦν ἰκνῆμαι πρὸς θεῶν ὑμᾶς, ξίνοι.* Plane vt *ἄντομαι* quod est occurrere, obuiam ire, in eadem fabula v. 247 ponitur, *ἂ πατρὸς ὑπερ τέμῃ ἄντομαι.* Nempe terribilis hic Draco non vincendus, sed supplicatione mitigandus erat. Huc pertinet verbum *θελῶ* 942.

946. Notabilem emendationem, vt multas alias, H. Stephanus Orphee hic attulit, nec imputauit. *Πατρὸς* illud ortum inde, quod saepe illis quatuor literis *προς* notari solet.

948. *Ζάθειόν τε θεράπην*] Non tam miror hic inscitiam interpretum, quam incuriam Henrici Stephani, qui omnes nobis *κρίσιον θεράπην* faciunt, cum tamen constet *θεράπην* fuisse locum circa Spartam. Scholiastes Pindari ad Isthm. Od. i. verba illa:

Τυνδαρίδας δ' ἐν Ἀχαιοῖς ὁ Ψίπειδον θεράπηναι οἰκίῳ ἔδος Τατέσι, inquit, *Σπαρτιάτης ἄν. ἢ γὰρ θεράπην τῆς Σπάρτης.* et paulo post *ἴδιον, ὅτι τῆς Λακωνικῆς ἐν θεράπηναι τὸ ἱερὸν ἐστὶ Διοσκάρων.* et Harpocratio *τόπος ἐστὶ ἐν Λακεδαιμόνι θεράπηναι, ἔμνημονεύει καὶ Ἀλκυμῶν ἐν πρώτῃ.* Nihil igitur magis absurdum esse potest, quam excogitare *θεράπηναι* in Colchis. *θεράπην* hic idem fere quod antecedens *σηκός*, et interprete Hesychio: *θεράπηναι, αὐλῶνες, σαθροί.*

ESCHENB.

- Χώρῳ ἐπὶ πλακῶντι βόθρον τρίσοιχον ὄρυξας,
 950 Φιτρές τ' ἀρκεύθοιο καὶ ἀζαλέης ἀπὸ κέδρε,
 Ῥάμνυ τ' ὄζυτέροιο, πολυκλαύτων τ' αἰγείρων,
 Ὡκα φέρων, ἦνυσα πυρὴν ἔμπροθε βόθροιο.
 Πολλὰ δέ μοι φέρε πάμπαν ἐπισημένη Μήδεια,
 Φωριαμῆ ἀνελῆσα θυώδεις ἐξ ἀδύτοιο.
 955 Αὐτίκα δ' ἔλα πλάσμαθ' ὑπὸ πέπλης ἐπονεύμην,
 Ἄν δὲ πυρὴν ἐπέβαλλον, ἰδ' ἔντομα θυμάτ' ἔρεζον,
 Σκύμνυς παμμέλανας σκυλάκων τρισσῆς ἱερέυσας.
 Αἵματι δ' αὖ χάλκκανθον ἰδὲ σρέθιον ἔμιζα,

Κνη

949. πλακῶντι PAIC.

952. ἦνυσα Voff. ἔησα PAI. V. N.

954. Φωριαμῶν Voff.

955. ἔλασπλάσ. Af. ἔλασπλ. Voff. ἔ-

949. Βόθρον ad aram habemus etiam 570. Quod autem τρίσοιχον fieri debet, illud forte trium pedum, aut triplicem adeo, significat. Certe 957 etiam σκύμνυς τρισσῆς tres castulos sacrificat.

951. Epitheton πολυκλαύτων ad Phaëthontis et sororum illius, electra, plorantium, lacrimas pertinere, non est dubium. Cum apud Aratum v. 360 Eridanus vocetur πολὺκλαυτος, poterat alicui in mentem venire, etiam hic ita legendum esse: sed variatur ab ipsis, credo, auctoribus orthographia verbalium κλαίω.

952. Ante Stephanum ἔησα cum editum sit, et Voff. habeat ἦνυσα, vix dubito hanc esse veram lectiōnem: et ἦνυσα deberi coniecturae vel sphalmati Stephaniano. Verbum νέω et productum νηνέω cum compositis pene sedem ac domicilium habere in tumultuaria πυρᾶς constructione, ipsius Stephani thesaurus docere potest. Ponam vnum Plutarchi locum non recte ibi laudatum. Est non in Caesaris vita, in quo memoria summa virum sefellit, sed in Bruti, p. 393, C αἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων τὰ βιάθρα καὶ σαῖς τρεπίζουσι — συγχομίζοντες —

παμμεγέθη πυρᾶν ἔησαν. Sic ἦνυσα potest accipi positum pro ἔησα, augmento Syllabico temporalitate aucto, ut loquuntur Grammatici. Verum cum sit Homericum νηέω vel νηνέω in hac ratione, quod ter vni velut spiritu utitur J. Ψ, 139. 163. 168 cum praecedens φέρων ultima sui litera primam verbi hausisse poterit: placeret mihi νήσα, vel νῆσα adeo. Ne longior sum, ponam de verbi huius varietate verba modo Eustathii p. 1402, 29 Ὅτι ἔμην Ὀδυσσεύς (A, 148 et Π, 51) ἐκ τῶν ἄρτων κᾶται τὸ ἐννεον, κατῆσιν ἐσάρενον. ἐγκαυθᾶ δὲ ἐπὶ ὕλης τῆς κατὰ ξύλα. — Δῆλον δὲ, ὅτι τὸ αὐτὸ καὶ νῆσιν λέγεται. ὡς δηλοῦμετ' ὀλίγα τὸ (J. Ψ, 168) ἐπὶ δὲ δράτᾶ σώματα νῆσι, ὅ ἐστιν ἐσώρευσι καὶ ἀλλοχῆ (J. I, 279) τὸ νῆα καὶ σκαδοῖ. Πότερον δὲ πρωτότυπον, τὸ νῆω ἢ τὸ νηνῶ, ἐκ εὐδελου. Mihi quidem hic εὐδελου, non verbum αἰνῶ, sed τῶ νέω, νῆω, vel νηέω in acervandi et struendi significatione locum esse.

954. Θυώδεις ἐξ ἀδύτοιο] Θυώδεις proprie est suffilium redolens, θύος, quod exponitur θυμίαμα odoramentum, odores, qui DE ad

locum, campo in plano foueam depressi triplicem, truncosque iuniperi et arida de cedro, (950) rhamnique acuti, lacrimosarumque nigrarum populorum, celeriter ferens struxi pyram ad fossam. Multa vero mihi attulit etiam perita omnium Medea, de cista depromta, odoro ex adyto. Statim vero ego figmenta quaedam valida sub peplo elaboravi (955) superque pyram inieci, et hostias maetaui inferias, catulos nigros canum ternos sacrificans. Sanguini autem chalcantum et stru-

λα σπλ. PAIC. F. πέπλος.
958. στραθειον Voss.

957. τριπλῆς P. τετραπλῆς AIC.

adolentur; vnde etiam θύων proprie esse *odoramaenta accendere*, egregie docet Celeberrimus Graeuus Lect. Hesiod. cap. IX. κσση.

955. Difficile est dicere, quid proprie ἔλος significet, cum tot diuersos, quin repugnantes ei notiones tribuant Grammatici. Dicam breuiter, quid lectis, quae apud Hesychium, Eustathium, Suidam reperiuntur, mihi probabile visum sit. Ionica vox ἔλος respondebat τῆ ὄλος, et integrum sanumque significabat. Hinc ἔλαι κριθαί in sacrificiis et ἐλόχυσται integris granis, non contusis, hordea: hinc ἔλε salutandi verbum, salue: hinc ἐλή cicatrix, vulnus sanatum, cutis in integrum restituta: hinc ἔλαιον, ὀγκισάναν Eustath. ad Il. A. p. 24, 52 et ἔλαιον, τῆ ὀγκισάναν ad Il. B. p. 124, 40. hinc ἐλοπέλαιον apud Hippocratem est membrorum integra compages simul considerata: hinc ἔλαιον κεκλήγοντες sturni et mox iuuenes Il. P. 756 et 759, iuuenile quid clangentes h. e. vehementer, totis viribus, vti solent iuuenes: iidem sunt crispi natura vel cultu: iidem alio respectu teneri et molles: hinc

molliculae carnes, quibus dentes continentur, τὰ ἔλαια. Sed quatenus ἔλος est vehemens, potens, efficax, potest etiam potentem ad nocendum notare, vt *praesens venenum* et *praesens medicamentum* in vtramque partem dicitur. Ita potuit ἔλος ὄναρος idem δλίθριος (ad Il. B, 8) a Scholiaste vocari, quatenus vim suam ad nocendum hic exercuit. Poterant ista, si dissertationem scribere placeret, facile explicari latius, locisque Homeri, Hippocratis, Grammaticorum confirmari. Sed hoc agamus. Ea, quae elaborat hic sub Peplis (de quibus ad 310) Orpheus ἔλαι πλάσματα, sunt, nisi fallor, puppae quaedam siue imagunculae cereae, πλαγγύβες, νύμφου, ludus alias puellarum (vid. Spanh. ad Callim. H. Cer. 92 p. 711) hic vero pars sacri magici, vt in Theocriti Virgiliique Pharmaceutriis. *Plangunculas* Cicéroniana voce licet dicere, quam illi restituerunt VV. DD. Att. 6, 1.

958. Αἷματι δ' αὖ χάλκανθον] De hoc vid. Dioscor. lib. V. c. 114. et de Struthio, lib. II. c. 193.

ESCHENB.

- Κνήκόν τε χισὴν, ἐπὶ τε ψύλλιον αἰσίδες,
 960 Ἄγχεσάν τ' ἐρυθρὴν, ἰδὲ χάλκιμον. αὐτὰρ ἔπειτα
 Νηύσας ἐμπλήσας σκυλάκων, Φιτροῖσιν ἔθηκα
 ὕδατι μίξ δ' ὠμαῖς χολαΐδας χεόμεν περὶ βόθρον,
 Ὀρφονιά θ' ἑσσάμενος Φάρη, καὶ ἀπεχθῆα χαλκὸν
 Κρέων ἐλυσάμην. αἳ δ' ὄτραλέως ἐπάκυσαν,
 965 Ῥήξασα κενεῶνας ἀμειδίτοιο βερέθρος,
 Τισσιφόνη τε καὶ Ἀληκτῶ καὶ δία Μέγαυρα,
 Πεύκαις ἀζαλείαις Φόνιον σέλας αἴσσωσα.
 Καίετο δ' αὐτίκα βόθρος, ἑσμαράγει δ' ὄλοον πῦρ
 Λιγνὺς δ' αἰθαλόεσσα χύθη περιμήκτα καπνόν.
 970 Αὐτίκα δ' ἐξ αἶδαο διὰ φλογὸς ἠγέρθησαν
 Δειναί, θάμβηταιρα, ἀπηνέες, ἀπροσόρατοι.
 Ἢ μὲν γὰρ θέμας ἔχε σιδήρεον, ἦν καλέεσσι
 Πανδώρην χθόνιοι· σὺν δ' αἰολόμορφος ἴκανε,

Τρισ-

959. Κνήκον Voss. χισὴν τε Chiu. F. αἰσίδες. 961. Νη. σκυ.
 ἐμπλ. Voss. 963. Ὑδ' δ' αὐ μίξας χολ. Voss. ὕδατι ἰξ δ' αὐμας
 χολ. PAI. ὕδ. ἰξ δ' αὐμας χολ. Crat. V. N. 964. Κέρον — ἰπ-

959. Κνήκόν τε χισὴν] Dioscoridi scribitur Κνήκος. ESCH.

959. Epitheton cnci vel cnci puto χισὴν, quod et calycem et petala in tenues admodum fibras scissa habet: nisi quis malit absolute dici χισὴν intellectu λίθον, alumen fissile. Non enim solas hic herbas memorari, vel solum chalcanthum satis indicat. Malle me ψύλλιον αἰσίδες, in V. L. indicaui. Sed potest etiam αἰσίδες vocari, quod pulicis similitudinem semen habet, vnde nomen pulicariae. Quamquam naturae studio nihil hic deforme. GESN.

961. Vocem ἐμπλήσας habens diuidam, vt praepositio ἐν ad ἔθηκα referatur. Sed ipsum quoque durum est.

962. Non ausim damnare emendationem G. Canteri Nou. Lectt. 5, 5 Ὑδατι δ' αὐ μίξας, cui fauere Vossianus liber. Sed nec mutare cete-

rarum lectionem sustineo, in qua nihil sit, quod quem offendat, nisi forte illud μίξ, quod nondum aliunde obseruatum reperio. Sed notissimum est et Homericum ἐπιμίξ, cuius simplex ita, vt alias μέγα, hic videtur poni. ὠμαῖς χολαΐδας ponit, crudas, in ignem non coniectas, aqua insuper perfusas, vt maiori deinde 968 miraculo in ipsa fossa comburentur, in quo possis imitationem quandam sacrificii deuotiorii ab Elia instituti (1 Reg. 18, 34) cogitare.

967. Ἄβυσσον cum nusquam neque simplex transitiva s. actiua significatione vsurpata obseruem, neque compositum: non possum non plaudere emendationi elegantissimi Ruhnkenii Ep. 1 p. 21 αἰθυσσασα, de quo verbo dictum ad 899.

968. Confragosus versus, vel si mauius languens caesurae defectu: de quo

struthion admiscui, cnecumque fissilem et insuaue psyllium, anchusamque rubram, et chalcimum, Postea vero (960) ventres catulorum *his rebus* impletos lignis imposui, et intestina cruda admixta *in super* aqua in foueam, quae circa erat, effudi. Tum nigram indutus pallam, et inimicum aes (*arma*) pulsans supplicavi. Celeriter audiunt, perruptisque inanibus tetrici barathri (965) *adsunt* Tisiphoneque, Alectoque et Megaera diua, taedis aridis homicidiale iubar quatientes. Exardescit statim fouea, repitum dat consumens omnia ignis, fuliginosus vapor in immensum fumum funditur, statimque ab inferis ope huius flammae excitantur (970) terribiles, horrendae, saevae, inuisae *deae*. Vna corpus habebat ferreum, quam Pandoram vocant inferi. Cum illa varios vultus habens venit triceps specie, perniciosum monstrum, quod

ἀκκρον Voss. 966. ἀληπτὸ PAIC. 967. F. αἰθύσσεια
 V. N. 968. ἱμαραγή Voss. 969. λυγας Voss. περιμήκει
 manus docta ad ex. Aldi.

quo etiam emendando aliquando cogitabam, praefertim ob posteriorem nominis βόθρος paullo insolentius productam. Sed nihil mutandum. Litera sibilans producit syllabam.

969. Duplex occurrebat emendandi atque interpretandi versus huius ratio, vel ita, χύθῃ fudit (passiuo actiue, s. ad modum deponentis posito) περιμήκει κάπρον, Vapor fuliginosus fudit (effusus est in) fumum altissimum. Vel περιμήκει aduerbialiter fumam, et legam κάπρον, Vapor fusus est altissime a vel cum fumo.

970. Proxime ab hoc versu vnum excidisse arbitratur Cl. Ruhnck. Ep. 1 21, qui haberet mentionem (aut descriptionem adeo) Erinnyum. Breuiorem medicinam suaserat Cl. Bernard. ad Dem. Pepag. p. 85 vt το Δαναῖ v. 71 legatur Παιναῖ. Mo-

desta sane coniectura, et cui fauere videtur, quod v. 980 expressa est Poenarum s. Erinnyum mentio. Sed mihi diligenter hoc agenti visum est, locum emendatione non egere, sed interprete. Versus 971 habet Epitheta s. Praedicata communia personarum, quae deinde separatim enarrantur, nempe Pandorae 972, Hecatae 973 — 979, et Furiarum 980. Nemini in mentem venisset, credo, dubitare, si placuisset poetae commune nomen substantiuum adiicere, vt θεαῖ δαναῖ, vel tale quid. Illud ipsum ἢ μὲν γὰρ, a quo incipit v. 972 apertissime indicat, incipere ibi exegesis eorum, quae vniuersim proposita modo fuere.

973. Pandoram hanc haud dubie intelligit Tellurem, quam κενώταραν alias vocat. Vid. Ind.

- Τρῖσσοκέφαλος ἰδεῖν, ὄλοον τέρας, ἔτι δαητόν,
 975 Ταρταρόπαις Ἐκάτη· λαῖξ δ' ἄρ' ἐπέσσυθεν ὤμα
 Ἴππος χαϊτήεις· κατὰ δεξιά δ' ἦεν ἀδρῆσαι
 Λυσσῶπις σκυλάκη· μέσση δ' ἔφυ ἀγριόμορφος,
 Χερσὶν δ' ἀμφοτέραις ἔχεν ἄορα κοπήνεντα.
 Ἐγκύκλια δινεύοντο περὶ βόθρον ἔνθα καὶ ἔνθα
 980 Πανδώρη Ἐκάτη τε· συνεσσεύοντο δὲ Ποινάι.
 Ἐκ δ' ἄφαρ Ἀρτέμιδος Φερρὸν δέμας ἦκε χαμάζε
 Πεύκαις ἐκ χειρῶν, ἐς δ' ἔρανον ἤραρεν ὄσσε.
 Σαῖνον δὲ σκυλαικες πρόπολοι, λύνοντο δ' ὄχηες
 Κλείθρων ἀργυρέων, ἀνά δ' ἔπτατο καλὰ θύρετρα
 985 Τείχεος εὐρυμενῆς, ὑπεφαίνετο δ' ἄλσος ἐρυμνόν.
 Αὐτὰρ ἐγὼν ὑπὲρ ἑδὸν ἔβην· τῆμος δὲ τε κέρη
 Αἰήτεω Μήδεα, καὶ Λίσονος ἀγλαὸς υἱός,
 Τυνδαρίδαί τ' ἠπεργον ὀμῆ, σὺν δ' ἔσπετο Μίψος.
 Ἄλλ' ὅτε δὴ χεδόθεν κατεφαίνετο Φηγὸς ἐρανή,
 990 Κρηπίς τε Ξενίοιο Διὸς καὶ βῶμιος ἔδρη,
 Ἐνθα δράκων ὀλκοῖσιν ὑπὸ πλαυτέεσσιν ἐλιχθεῖς,
 Δινεύων

974. δαητόν Voff.

975. F. ἀπ' ἔσσ. V.N. 977. ἔφη Af.P.

978. Χερσὶ δ' Voff.

979. Εγκ. δὲ διν. omn. exc. Vossiano.

974. Vid. ad 926. Retinendum puto δαητόν, nomen bona moneta percussum, et rite formatum ab eodem themate, vnde Homericā δεδάηκα et δεδαημένος. Τέρας ἔ δαητόν quod nosse nemo velit, sine horrore cognoscere nemo potest.

hodie vocant Indi, credendum est Relando p. 78. Σίνδοι Hefychio Ἐθνος Ἰνδικόν. Quod litera *s* excidit, non mirantur, qui *Sindonem* Graecorum et Latinorum, cum Ἰνδο conuenire, et ad *Indos* forte et ipsam referendam esse, cogitant. Cum Iacobus testamentum illud suum Propheticum faceret, iam nobilem navigationibus fuisse Europaeam Sidonem, constat ex Gen. 49, 13. Nec impedit, aut conuellit illam conjecturam diuersitas primae literae. Norunt, qui ista tractant, quam facilis sit sibilantium permutatio, et orientis non aliam literam Graecos quam Σ frequentius permutare. Caeterum Tyriorum et Sidoniorum originem a Phoenicibus longe a mediterraneo mari remotis accessit etiam Iustinus ex Trogo (18, 3) *Tyriorum gens condita a Phoenicibus fuit, qui terras motu vexati relicto patrias solo Assyrium stagnum primo (lacum Tiberiadis?) mox mari proximum litus incoluerunt, condita ibi urbs, quam a piscium ubertate Sidona appellarunt. Post multos deinde annos Tyron condiderunt.* Fidem itaque habeo non Herodoto modo, (in ipso exordio historiarum) sed et doctis Persarum viris, qui Herodoto percunctanti dixerunt, Phoenices a Rubro inde mari ad hoc Graecorum et mediterraneum mare delatos, regionem, quam prodente Herodoto tenebant, habitationibus occupasse, statimque longis navigationibus dare coepisse operam, cum Assyriorum Aegyptiorumque merces ad alias regiones transferrent. Fidei causa ponamus Graeca, Περσέων οἱ λόγιοι Φοινικὰς Φασί — ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικαμένους ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰκήσαντας τῆτον τὸν χῶρον, τὰν καὶ νῦν οἰκέουσιν, αὐτίκα ναυτιλίῃσι μακρῆσιν ἐπιπέδαι, ἀπαγινέοντας δὲ Φορτία Αἰγύπτια τε καὶ Ἀσσύρια, τῇ ἄλλῃ χῶρα ἔσαπικνέεσθαι. Antiquos quidem Phoenicas mari rubro nauigasse, adiunctis etiam Salomonis ciuibus, tanto facilius libris nostris credere par est: et illud simul cogitare, quod, cum nec ante ignotum esset, plane peculiari dissertatione (inter Miscellaneas secunda) probatum dedit Hadr. Relandus, Rubri s. Erythraei maris appellationem non esse

ad Sinus Arabici angustias adstringendam; sed adeo illam late patere, ut vniuersum Meridionalem oceanum (quum Atlanticum adeo) complectatur. Tanta profecto vis est coloniarum Phoeniciarum, ut eas omnes ex illa Palaestinae lacinia, quae peculiariter Phoenice vocatur, egressas, certe colonos omnes ibi natos alitosque esse pene ultra fidem sit. Nec scio, an soli circa Tyrum et Sidonem Phoenices intelligendi sint, cum Persarum regis copias navales Phoenicibus vel constitisse solis, vel certe eos maximum in his momentum habuisse, nartet Herodotus (3. 19). His enim bellum gerere contra suos colonos Carthaginienses recusantibus; οἱ λοιποὶ ἐν ἀξιώμαχοι ἐγίνοντο, reliqui Cambysis focii navales non digni erant, quibus bellum tale committeretur. Addit causam, Καὶ πᾶς ἐν Φοινίκων ἤρτητο στρατός. Hoc non significat, quod est in Gronouiana interpretatione, *ex illis nauticus omnis constabat exercitus, verum, ex illis pendebat omnis exercitus.* Adiuncta demum Phoenicia classe, satis firmus censeretur exercitus Cambysae; quem huius classis opera traiecturus erat scilicet. Cum ergo summa navalis rei penes illos esset, ausi sum egredi maris interni ad Occidentem terminos, et ultra columnas illas Herculis enauigare, et vrbes condere, quod Strabo (l. 1 p. 33 med.) paullo post Troicas res factum memorat. Ponamus et hic verba, Θρούλληται, (s. τεθρούλληται) ἡ Φοινίκων ναυτιλία, οἱ καὶ τὰ ἔξω τῶν Ἡρακλείων σηλῶν ἐπῆλθον, καὶ πόλεις ἐκτίσαν κακῆς, καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Λιβύας παραλίας, μικρὸν τῶν Τρωικῶν ὕπερον. Illam porro extra columnas navigationem licet in duas partes distinguere, eam, quae anfractu dextro in Septentrionem tendens, et alteram, quae sinistrorsum Africae oras persequabatur. Ac de hac quidem deinde. Phoenicum expeditiones et collocatas in litore Hispaniae colonias asseuerate memorat Strabo (3 p. 103 seq.) et persecutus est, ne alios commemoremus, post Bernardum Adretum (in opere eruditissimo *Varias Antiquitates de Espanna, Africa y otras provincias* Antu. 1614. 4) summus Bôchartus, qui alteram

Alteram Geographiae S. partem, Canaanis nomine appellatam impendit Phoenicibus; priorem autem illius librum illorum coloniis, et nuper Floreus in Hispania sacra (*Espanna sagrada*) quo minus nos hic in ea re immorari opus est. Sed ultra progressos ad extrema Hispaniae, flexoque ad orientem cursu stannum petiisse ex Britannorum insulis, electrum autem s. succinum a Borussiae hodiernae litoribus, in nostra de electro veterum commentatione (§. 8) satis, puto, probabili ratione (inventas enim demonstrationes nemo, puto, in tali re quaerit) ostensum est.

§ 3

Argonautarum reditus, in Orphico carmine hinc explicatur.

Iam inuat eandem rem ex reditu Argonautarum, ut ille in Orphico carmine descriptus est, confirmare, eademque illius carminis auctorem, quisquis est, in isto reditu non simpliciter ac monstrose mendacem fuisse; sed quae fieri per rerum, qua tum cognitae erant, naturam potuerint, siue ex traditione antiqua facta sunt, venusto carmine et multum probabilitatis habente, admixtis tamen fabulis s. mythis, exposuisse. Statim in rem praesentem veniamus, h. e. ipsum carmen consideremus, quatenus reditum Argonautarum ex Ponto post Maeotidem quoque paludem lustratam describit. Primum vero hoc observemus, Phoenicum etiam partes in hac fabula esse. Vidit hoc olim Bochartus (*Chae. 2, II p. 820*) et cum vestigia linguae persecutus est, tum illud non neglexit monere, quod maxime ad rem nostram pertinet, Ancaeum illum, qui post Tiphyn Argonautarum gubernavit, Phoenicis, quem Agenoris filium faciunt, nepotem memorari. (Vid. Catalogus Argonautarum Burmannianus). Neque credibilior sit navigatio, si gubernatorem habeat ex ea gente, penes quam fero solam, certe praeter ceteras omnes, erat illius artis gloria. Et tamen ne hunc quidem facit tam portentosi conatus auctorem:

storem: sed ira Deorum et nemesis ob interfectum Medea scelere Absyrtum, iactari fingit illos (v. 1033 seq.) per littora Ponti Euxini et paludis Maeotidos. Tot autem populos nominat, suisque epithetis distinguit, ut appareat quod etiam Herodotum legentes observant, longe plurimum antiquissimis Graecorum innotuisse de populis ad occidentem et septentrionem Ponti et Maeoticæ paludis, qui tum præfere Scytharum nomine comprehendebantur, quantumvis genere et moribus diversi, nunc vero Russorum imperii pars sunt, eosque populos tam cultiores habitos longè quam postea, siue quod re ipsa ita esset, siue quod alii populi cum his comparati non meliores aut quibusdam rebus etiam magis feri viderentur. Ut quod Maeotas *αἰβροχίτωνας* appellat (v. 1038) molliter et delicate tunicatos Persequi vero Argonautarum omnem velle illum errorem aut populos, qui memorantur, sedes assignare suas, plane fuerit hominis intemperanter abutentis ingenio, literis otio²), in tanta rerum obscuritate et interrupta per migrationes populorum, linguarumque mutationes tam longo temporis interuallo, mutationibusque vel hominum manu vel per eluiones et terræ motus illatis historia, in linguarum, quibus forte illi populi vsi sunt, ignorantia, in defectu monumentorum aliorum, in corruptione denique carmi-

2. Transferas huc merito illud lepidum Eratosthenis apud Strabonem 1 p. 16, 40 *Τὸν ἂν εὐραῖν τινα, πῆ Ὀδυσσεὺς πεκλάνηται, ὅτ' ἂν εὐροὶ τὸν σκυτὰ τὸν εὐβραΐφιντα τὸν τῶν ἀνέμων ἄσκον.*

3. Si enim Onomacrito et Pifistrati temporibus etiam attribuamus hoc carmen, tamen intercesserint sexcenti minimum anni oportet inter Argonautarum expeditionem et hoc poema.

4. De præcipuo consilio carminis, Orphicam totam scenam, *τελαϊκῆς*, mysteria, commendandi, alias agimus.

5. Valde probabilem memorat Diodorus Siculus 4, 56, sensisse illos, occupata esse nauibus Colchicis Ponti ostia.

6. V. 1036. *Ὅστι κατευθὺ Πόντου ἐπ' ἰχθυόεντα, διὰ νόμον Φασίδος εὐρὺ Ἰκεθ', ἀμπλακίη δ' ἰσορροῦμεθα ποσσὸν ὀπίσω λίθ' ἀναπλάστοντα.* Illud *ὀπίσω* et *ἀναπλάστοντα* significat, non versus Propontidem et meridiem, sed versus Septentriones et Maeotin Argonautas partim in litore, partim in fluminibus in Pontum se exonerantibus nauigasse. Hoc de fluminibus indicat illud v. 1042 *Μεσσαῖτοι πεδίον.*

inis ipsius Orphici, quod locis quibusdam aperte videtur esse infanabiliter. Ipse, nisi fallor ego, poeta ⁽³⁾ habuit notitiam locorum eam, qua nixus posset prode ab omni parte iter Argonautis assignare: sed cum teneret, nempe quosdam ex Ponto vel palude adeo remote versus aestivum occidentem progressos, tandem innum delatos, atque inde per Herculis columnas atque in mare redisse in Graeciam, vnde fuerant profecti.

deinde velut fundum narrationis exornavit intextis fabulisque, seu fabulis malis, gentium et locorum de quibus vndecunque aliquid acceperat: adscitum ministerio et miraculo navis, cuius carina loquax didica illos moneret, quae interdum animalis innotus ederet *αὐτομάτως*, vel quibus opus esset, navibus ad perdendos vectores suos videretur rueret (vt v. 1077. 1164) ab his omni opera impediens.

Ceterum in his tenebris et turbis hoc tamen mihi videri attendenti liquido apparebat, et spero sic visum esse caeteris, reditus Argonautarum rationem ab auctore Orphici carminis hanc describi. Cum a Phasidos proxima in Graeciam via per litora Colchidos, Ponti, Argoniae, Bithyniae ad Propontida duceret, illi quae de causa ⁵⁾ dextro flexu septentrionem ⁶⁾ versus nauigauerunt

An ipso quoque Phaside ad hoc Sic quidem videtur. Non continentem plane Maeotidi septentrionalem Oceanum, ista persuasio obtinuit non iam de mari Caspio. Vid. v. 57 et 6, 13. Sed iungit phasidis Sarangen, partem ipsum Araxis illius, quem hodierno respondere, pulcherrime amicus, dum viueret, he. Sigefr. Bayerus Com. cad. Petrop. Tom. 1 p. 394. Tanais est potius, cutio hic omitti non debuit. continentes faciebant ma-

gnos in ea regione fluvios antiqui, quod laudatus modo Bayerus ostendit. Non habebat ille ad manum, cum ista scriberet, haec Argonautica Orphica: alioquin quod volebat, facile confecturus erat verbis illis v. 747.

Ἐνθάδ' Ἀράξει ρεύμα μεγαβρα-
μὲν ποταμοῦ,
Ἐξ ἰσθμῶν δὲ Φάσις, Τάναις
τε ἕσσιν.

Apparet, illum Thermodoonta, Phasin et Tanain facere brachia s. ostia vnus Araxis. Phasidis fluenta a septentrionibus deducit etiam Vitruuius 8, 2 p. 155.

uigarunt ad oras, quas habitant Cercetae (v. 1044) et populi Caucaſo 7) vicini, ſicque uenerunt (v. 1057) ad Maeotas, Gelonos, Sauromatas, Arimaſpos: et per inſanos errores, in quibus etiam Boſporum 8) Cimmericum uidere et Scythas ſagittiferos, et Tauros homicidas, (v. 1073) qui triſtia ſacra h. e. humanas uictimas offerunt Munychiae ſ. Dianae, et Nomadas, Caſpiosque et Macroborum (v. 1105) gentem beatam ac portentose longaeuam, aliasque gentes, quas ordinare hodie non licet, perueniunt tandem (v. 1079) ad Oceanum, quem Cronion Pontum uocant, Hyperboreum item et mortuum mare, homines. In hac uia et errore interdum exeunt nauis (v. 1093) et funibus deligatam a prora ipſi currentes in litore trahunt. Ponamus ipſos verſus:

Πρύμνης ἐξ ὑπάτης δολιχὴν μῆρινθα βαλόντας,
 Ἄργος τ' Ἀγκαῖός τε, καὶ ἀρχαῖς δῶκαν ἐλέσθαι
 Ἡρώων (vid. leg. Ἡρωσιν) τοὶ δ' αἴψα δι' ἀργιαλοῦ θέοντες
 Σῦρον ἐπεργόμενοι, σὺν δ' ἔσπετο ποντοπόρος νῆς.

Add.

7) V. 1046. Καυκάσιον παρὰ πρῶνα, πρῶν ῥ. πρῶν non ſimpliciter uerticem montis notat; ſed extremum, quod procurrit et quaſi promuntorium. Sic etiam Heſiod. Scut. Herculis v. 437 poſitum eſſe hoc nomen, attendenti apparebit.

8) De hoc ponemus quaedam uerba carminis a v. inde 1054 aliquanto emendatius et explicatius, quam factum in Eſchenbachianis exemplaribus: Δισσαῖς δ' ἐν τριμόροις βοῶς πόρον ἐξικόμεθα, Λίμνης ὄντε (ſic leg. pro ὄντε) μεσηγύ, βοελάσπος ἔ (ſic leg. pro ἔ) ποταπταν Ταύρω ἐφιζόμενος βριαρῶ πόρον ἔχουσι λίμνης. Primo fateor, illud me τριμόροις, quid ſibi uelit, non intelligere, niſi quod aut temporis nomen in eo latere ſuſpicor, aut manus ſynonymum, ut ſit ſimilis ῥῆσι illi, quae habetur v. 1085 Ἡ δ' ἔθορον δισσαῖσι βησαρῆν καλάμησι, Proſiliit nauis utriſ-

que manibus noſtris ac remigio utriusque uiam ſibi faciens. Itaque ſic locum interpretari licet: Utriusque uero manus remigio ad uos traiectum (Boſporum) peruenimus, qui eſt inter Paludem (Maeotin et Pontum) boum abactor ubi olim Titan, tauro inſidens robuſto, traiectum fidit Paludis. Apparet, rationem reddi nominis Boſporas. Titan fidit, ſ. ſiſſo iſthmo interieſſo aperuit tranſitum Paludi, ut deſluere in Pontum poſſet. Sed quis eſt hic Titan, βοελάσπος. Poſſit aliquis cogitare Herculem, qui Titan uocatur a ſcriptore Orphico, Hymno in ipſum p. 110, 1, qui idem fretum Gaditanum aperuiſſe praedicatur, qui Geryoni boues abduxit ex Erythia. Quid ſi Erythia et illa et haec quae hic memoratur, v. 1046, colonia Phoenicia eſt, idque etiam nomine Iao (vid. ante § 2 diſta) indicat? Hoc forte

dd. v. 117. 126. De portata humeris Argonautarum nauis
 10x (§ 4) aliquid dicetur. Ceterum non licet, vt fassus
 modo sum, ordinare viam, nomina reddere gentibus,
 uuiis, lacubus, quae nec peruenerunt forte vera ad poe-
 un, et si etiam vera aliquando fuerunt, situm forte et
 continentiam olim aetas aboleuit. Expertus hoc est in
 cythicis laudatus ante Bayerus, et tentare potest, cui vo-
 ape est, in omni fere parte Geographiae. Fabulas se
 exere, satis indicat poeta, cum praeter Macrobios illos,
 nonstrose felices, in via ista memorat etiam (v. 1140)
 Ἀργηῆτες αἶδαο πύλας καὶ δῆμον ὀνείρων, *Comuelli ne-
 tias inferorum portas et populum somniorum.* Ex fabu-
 osis illis versus septentrionem regionibus (in quibus Scan-
 lin uia ⁹) debet fuisse, si ita nauigatum est) paludibusque
 andem utcunq̄e emerfi, praeteruehuntur Hiberniani
 v. 1179: Παρ' δ' αἶρα νῆσον ἀμειβεν ἰερνίδα ¹⁰). Hinc a
 procella correpti iactantur, neque quisquam illorum per XII
 dies

orte non male: sed Herculem in-
 elligere Τινῶνα βακλόπον vix li-
 et, cum ipse inter Argonautas
 10s fuerit (vid. v. 116) Itaque
 probabilius est, Titana hic memo-
 ratum esse Apollinem. Hunc Ti-
 ana indigkat Hymnus Orphicus
 p. 130, 3. Hic, id est, sol siue
 Mithras βακλόπος dictus in sacris
 Mithriacis apud Porphy. de antro
 nymphar. p. 119 Barnes. et abactor
 boum a Firmico de err. profa. re-
 lig. p. 413 Gron. ad quem defend-
 endum contra Barthii accusatio-
 nem ad Stat. Theb. 1 extr. prolaturus
 adhibere poterat hunc Or-
 phici scriptoris locum Phil. a Turre
 Monum. vlt. Antii p. 165. Est enim
 hic manifeste Τινῶν βακλόπος in
 scripto multum antiquiore. Mer-
 curium βακλόπον excellentia qua-
 dam esse constat, et Titanem a
 materno genere licet facere: sed
 Apollini tamen Titani nomen ma-
 gis proprium.

9) Sed nauigatio illa multo po-
 tuit esse facilior, quam nunc est, si
 fidem habeamus, h. e. si argumen-
 tis moueamur, quae afferunt viri
 docti, nominatim Cl. Dalinus Hi-
 stor. Suec. c. 1 praesertim § 5 pro
 decrementis marium illius regio-
 nis: vnde efficitur, Argonautarum
 tempore non fuisse tot ibi scopulos,
 freta, lacunas; sed perpetuum ma-
 ris et continentem Oceanum, et
 portuosa forte litora. Cf. Andr.
 Celsii *Anmerk. von Verminderung
 des Wassers in der Ostsee im 5 Th.
 der Abhandlungen der Schw. Acad.
 der W. n. 5.* Hic inter alia § 30
 p. 36, ante bis mille annos, cum
 Pytheas Massiliensis haec loca in-
 uiseret, aquam XLV. vlnis altio-
 rem in Suecia fuisse.

10) Hanc esse Hiberniam et soni
 affinitas suadet, et situs atque fa-
 bulosae licet nauigationis ratio.
 Hanc Aristid. Aegyptia. T. 2 p. 355
 post

dies ubi essent intelligit, donec Lynceus e longinquo Cereris insulam conspicit, vnde rapta est olim a Plutone flores legens Proserpina. (v. 1190) Haec extra columnas Herculis est, (longe diuersa a Sicilia, cuius deinde fit mentio) Atlanticae forte Platonis pars, quae certe hic ab illo collocata est, Ptolemaei ἀπρόσιτος inter Fortunatas prima, nubibus inuoluta, inaccessa, importuosa, quo nulla nauis appellere humana potest. Itaque hinc auertit nauem Aeneas, (v. 1205) ad Circes domum et Lycaeam terram, insulam, (v. 1226) ibi exsurgunt, nec inhumaniter tractantur a Circe; sed mox discedere iubentur, et a vento atque fluctu ad ostium Ternesii (v. 1240) veniunt, appelluntque ad columnas Herculis, ἀνά τόμα Τερνησοῖο ἰκόμεθα σήλαισι δ' ἐπέλασμεν Ἡρακλεῆος.

Ternesus ille, siue *Tartessus* ¹¹⁾ forte fuit in antiquis libris, si non tota illa ora priscam faciem penitus perdidit, Baetis debet esse, a cuius deinde ostio facilis ad Herculis columnas appulsus est. Pernoctant ad Bacchi promuntorium ¹²⁾, Ἀρκαις ἀμφ' ἱεραῖσι Διωνύσοιο ἀνακτος: veniunt deinde in Sardoum mare, ad sinus Latinorum, insulasque Aufonias, Tyrrhenaque litora, Trinacriam, Aetnam, Charybdin, Sirenum Insulam, Corcyram, sinum Ambracium, Cretam, Maleam etc. vt appareat, auctorem carminis in his, quae vulgo nota tum erant, ordinem seruasse, vnde colligas, in aliis etiam eandem legem secutum, vt, quae tum exstarent notitiae, earum rationem haberet. Summa haec est: Argonautae, a Phoenicibus edocti, vel ducibus illis vsi, ex Ponto, qua Bosporum contingit et paludem Maeotida, fluminibus primo aduersis, deinde secundis (vt sit aduerso Borysthene tractam nauim transferrent in Vistulam) perueniunt ad septentrionale mare: hinc post longos variosque labores et difficultates lectis Hiberniae

post med. τὴν μεγάλην νῆσον τὴν ἀντιπέραν Ἰβήρων vocat: in eamque sua aetate nauigatum quotidie a Gadibus, narrat.

11) Quam fluctuant nomina Geographica huius etiam terrarum anguli antiqua, notum est. Vid. Cellar. p. 124.

iae litoribus, ad Hispaniae oram occidentalem et columnas Herculis. Nec solum personatum Orphea fuisse huius navigationis auctorem, docet illustris locus Diodori Siculi, quem adscribere totum non poenitet de libro 4, 56 p. 300 pr.

καταλειπόμενα τῆς περὶ τῶν Ἀργοναυτῶν ἱστορίας προδήσομεν. Οὐκ ὀλίγοι γὰρ τῶν τε ἀρχαίων συγγραφέων, καὶ τῶν μεταγενεστέρων (ὡν ἐστὶ καὶ Τίμαιος) Φασὶ, ἔς Ἀργοναυτὰς, μετὰ τὴν τῆ δέρατος ἀρπασγὴν, πυνθαμένους, ὑπ' Αἰήτε προκατελιῆσθαι ναυσὶ τὸ σῶμα τῆ πόντος, πράξιν ἐπιτελεσάσθαι παραδόξον καὶ μνήμης ἀξίαν. Ἰναπλευσάντας γὰρ αὐτὲς διὰ τῆ Ταναΐδος ποταμῆ ἐπὶ αἰσ πηγῆς, καὶ κατὰ τόπον τινὰ τὴν ναῦν διεκλύσαντας, καὶ ἑτέρεθ πάλιν ποταμῆ, τὴν ἑυσὶν ἔχοντας εἰς τὸν Ἰκεανὸν, καταπλευσάσθαι πρὸς τὴν θάλασσαν ἀπὸ δὲ τῶν ἕρκτων ἐπὶ τὴν θύσιν κομιθῆναι, τὴν γῆν ἔχοντας ἐξ ὑωνύμων, καὶ πλησίον γενομένους Γαδείρων, εἰς τὴν καθ' ἑμᾶς θάλασσαν εἰσπλευσάσθαι. Addit deinde ἀποδείξεις, demonstrationes, quas ferant, harum rerum plures, a nominum quorundam similitudine et traditionibus antiquis. Haec refert et in medio relinquit: certe nullo verbo rellit. Scymnum antiquum historicum eadem tradidisse, nox videbimus. Illud quidem videre mihi videor, antiquiorem esse sententiam illam, quae per Herculis columnas reducit Argonautas, ideo, quia verior, et eo tempore tradita, cum Phoenicum navigationes et fabulae essent recentiores.

§ 4

Apollonius breviori via domum reducit Argonautas.

At Apollonius moderatior videri vult, et cum magis magisque obsoleuisset illa memoria, elegit viam ille quidem

12) Vtrum hoc sit promuntorium, qui nunc legunt litora Hispaniae, quod *sacrum* simpliciter vocatur, eos prius ad illud, quam ad Baetis ostia venire.

Ee

dem mirificam et ipse, sed multo tamen breuiorem
 uti tum res erat probabiliorem. Ponamus etiam
 non quod valde ad rem nostram pertineat, sed ut
 intelligatur certe, ex antiquissima traditione Argonautas
 qua via venerant in Colchida, sed per ignoratas ante
 diem vias atque ambages in Ionium mare rediisse. In
 fugam ex Colchide reditumque in patriam parantibus
 Argonautis recordantibusque praedictum sibi a Phineo (2,
 diuersa via reditum, Argus, Tiphys successor (4,
 aliam dicit esse navigationem, quam Aegyptii sacrum
 ostenderint: illos enim dicere (272) aliquem regum
 rum obiisse armis omnem Asiam et Europam, et super
 monumenta (280 *γραπτὸς κέρβιας* scriptas vel pictas
 lumellas) in quibus omnes vel viae vel termini notati
 maris et continentis, — esse porro fluium, super
 cornu Oceani, nauigabilem, Istrum nomine — qui (3
 Thracum et Scytharum ingressus fines bifariam scindit
 et alias aquas huc (in Ponto Euxino res agitur) versus
 Ionium (h. e. Graecum, Hellespontum, deinde Aegeum
 mittat; alias autem per profundum sinum Siculo mari
 minentem (mare Adriaticum) qui Graecorum terrae
 iaceat, vbi Achelous exit. Hunc ergo Istrum petunt
 Ioniani Argonautae: hac via perueniunt in sinum
 Aetium, qui *Κρονία ἄλς Saturnium mare* hic (v. 327)
 vocatur, quod afluat Italiam, regna Saturno quondam
 regna, quod pulchre etiam in veteribus scholiis¹³⁾ adnotatum
 Praeueniunt illos eodem, per aliud in Ponto ostium
 ingressi persequentes Medeam Colchi. Ibi in Adriaticum
 mun interficitur dolo Absyrtus. Sed reliqua ad nostram
 disputationem non pertinent, neque tota adeo Apollonis
 narratio, nisi ad hoc, ut intelligamus, partem hanc
 narrationis de Argonautis, ut ita dicamus, essentialis
 quae ad ipsum velut corpus illius pertineret, illos non
 He

13) *Κρονίαν ἄλα τὸν Ἀδριανὸν Ὠκεανὸν*,
ἐνταῦθα γὰρ τὸν Κρόνον περὶ τὴν
πέλαγος. Longe diuersus est Κρόνος

ille oceanus, qui item Hyperboreus et mortuus, de quo
 ante vidimus ex Orph. 1079.

esprontum et Aegeum mare, sed per admirabiles ambas Thessaliam suam redisse. Placet ad hoc ostendendum adscribere, licet paullo longior sit, locum antiqui pretis Apollonii ad 4, 283 Οὐδεὶς δὲ ἰσορεῖ διὰ τέτρα Ἰστρο sermo est) τῆς Ἀργοναύτας εἰσπεπλευκέναι εἰς ἰμετέραν θάλασσαν, ἐξω Τιμαγίτη, ὃ ἠκαλέθησεν Ἰλιώνιος· ὃ μὲν γὰρ Σκύμνος αὐτῆς διὰ Ταναΐδος πεπλευκέναι εἰς τὴν μεγάλην θάλασσαν, ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν ἕραν ἐληλυθέναι· καὶ παρεμβολεύεται, ὡς ἄρα ἐλεῖ ἐπὶ τὴν ἠπειρον οἱ Ἀργοναῦται ἐπὶ σαυρωτήρων ἐκόν τὴν Ἀργῶ, μέχρι ἔ ἐπὶ θάλασσαν παρεγένοντο. Ἰσδος δὲ Φησι διὰ Φάσιδος αὐτῆς πεπλευκέναι. Ἐκαὶ δὲ ἐλέγχων αὐτὸν ἰσορεῖ, μὴ ἐκιδόναι εἰς τὴν θάλασσαν τὸν Φάσιν, ἐδ' ὡς διὰ Ταναΐδος ἔπλευσαν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν πλεῖν, καθ' ὃν καὶ πρότερον· ὡς Σοφοκλῆς ὕδασι ἰσορεῖ, καὶ Καλλιμάχος, ὃθεν καὶ τῶν Σκυτῆς μὲν εἰς τὸν Ἀδριαὴν πεπλευκότες μὴ εὐρεῖν τῆς ἰναύτας κ.τ.λ. Secundum haec igitur in via Argonia, quam descripsimus, assignanda Timageten secutus Apollonius. Scymnus per Tanain in Oceanum illos delatus, et hinc in mediterraneum, (quae Orphica etiam fuerit nauigatio) et illud per excursum memorauit, in continentem delatos hastis s. vectibus impositam in portasse, donec ad aquam peruenissent: Hesiodus hasin nauigasse illos ait: Hecataeus illum refellens ait in mare (septentrionale) exonerari Phasin, ac de quoque negauit, sed redisse, qua via venerant, idem Sophocles et Callimachus dixere¹⁴), inde esse, quod Itharum, qui in Adriam nauigarint, Argonautas non erint. Itaque secundum hos tamen Scythae (quod hic Colchos etiam venire apparet) per Istrum veniunt in Adriam. Nauigationem porro illam Argonautarum ex Ponto per Istrum in Adriam non simpliciter da-

E e 2

mna-

Eandem fuisse Homeri sententiam caue colligas ex Od. M, 70, reditu ab Aeeete petras peloponnesias transisse dicitur Argo:

nam illae Homeri πλαγκταὶ non sunt Ponticae Symplegades, verum inter Italiam Siciliamque.

mare audeat ipse Strabo (1 p. 31 extr.) τὰ δὲ ἐκ ἀπίθης
 ἐδ' ἀπίθως λέγοντες. Quamquam deinde (p. 39,
 communem antiquorum errorem vocat, qui putarint
 cognominem Istro fluuium, et ab illo velut scissum,
 in Adriam influat, a quo Istrorum gens (hod. Histria)
 men acceperit, per quem Iason e Colchis redierit. I
 dorus Siculus, qui illum Orphicum reditum, vt modo
 dimus, non refellit, bene rationem, de qua nunc agin
 ἐκ ἀνεξελέγκτων (sine refutatione) praetermittendam
 ait, et ostendit, Istri illius Adriatici fontes non vltra
 stadia a mari abesse. Ceterum nauis Argonautarum
 ineris portatae mentio etiam apud Pindarum Pyth. 4, 4
 persona Medae Δώδεκα δὲ πρότερον ἀμέρας ἔξ ὠκε
 (de mediterraneo mari) φέρομεν νότων ὑπὲρ γαίης
 μων εἰνάλιον δόρυ. Quod ita explicat scholion vetus ad
 Eis τὴν Σύρτιν ἐμπεσόντες οἱ Ἀργοναῦται ἔφερον διὰ
 βύης ἐπ' ὠμων τὴν Ἀργῶ, εἶτα καθῆκαν εἰς τὴν θαλά
 σαν. Sed late enarrat et exornat Apollo. 4, 1375 seq.
 non minus, quam Orphicorum auctor v. 1344 Syrtica
 las difficultates refert ad reditum, cum procella reiice
 tur e sinu Ambracio. Sed Herodotus 4, 179 illud co
 gisse ait, antequam soluerent versus Colchida, cum li
 oraculi Delphici consulendi causa circa Maleam vehere
 Illud vndique apparet, de fabulis Argonautarum forte i
 non satis inter se consentientibus, vno fortius menti
 aliis, diuersa arripuisse scriptores diuersos, manente
 tum illa velut substantia, vel essentia, in qua consent
 vniuersi. Sic diuersa est fabula Pisandri apud Zosim
 5, 29, vbi aduerso Istri ostio euectam quousque potuit
 deinde machinis inpositam Argo dicuntur via quadring
 torum stadiorum ex Istro in mare ad Thessalorum li
 traduxisse. Illud quidem videtur ipsum quoque in fu

15) Hoc nomen Homericum Ἰλ.
 K, 153 varie interpretantur. Conf.
 viri docti ad Thucyd. 2, 4, p. 100, 76
 Duk. de συρακίῳ. Hic esse hastilia,

perticas, vestes, quarum ope
 tari onus possit, apparet.

16) Hic diuersus memor
 Diodorus Sic. 4, 41 quinqu

fabulae Argonauticae fuisse, portatam interdum humeris machinisue promotam nauim. Ac sane antiquos moeputanti non plane absurdum debet videri, promotam hinc, vel quod ex Scymno repetentem Apollonii liastem modo vidimus, portatam ἐπὶ σαυρωτήρων¹⁵⁾ nauim. Quantum ad alia exempla antiquorum Graecorum, Thucydide non vtor sciens. Quas enim ille met (3, 15. 3, 81 et 4, 8) translatas per Isthmum naues, ὄλκοι, machinae forte operosae, et aliae praeter res manus adhibitae: quamquam quis coegerit poeillas memorare, si forte etiam Argonautae sint visi? notius tamen, et ad rem nostram accommodatius est, abonem audiamus (2 p. 341 extr. seq.) Memorat illa inia Maeotidos paludis ac Bospori Achaeos et Henio: hos pro Argonautarum posteris haberi narrat: tum illis esse refert leues, viginti ad triginta hominum es, quas καμάρας vocent. Harum nunc classes fa, vt pergit, quibus vel naues aliorum vel litoru infenue ἀναθέμενοι τοῖς ὤμοις τὰς καμάρας ἀναθέ- ἐπὶ τὰς δρυμὲς. — καταφέρουσι δὲ πάλιν, ὅταν ἢ τῆ πλεῖν. τὸ δὲ αὐτὸ ποιῶσι καὶ ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ λ. Habemus posteros Argonautarum, qui, prout est, suam nauim humeris portant et deducunt. Si

At haec sunt nauiculae (non dissimiles forte eorum um, quibus vtuntur tali ratione Americani hodie) visumnum triginta hominum capaces; Argonautae

At ego non magis numerum¹⁶⁾ Argonautarum, iam modo nauim¹⁷⁾ defendo, quam loquacem cariet et portenta caetera. Illud modo quaeritur, Sitne absurdum, homines aliquot Graecos, a Phoenicistructos, per varias aerumnas ex palude Maeotide, o Borysthene translata humeris an plaustris, cylindris,

E e 3

rotis,

refert, quem numerum ha-
um Val. Flaccus: in Or-
funt LII, apud Apollo-
IV.

17) Eustath. Parech. ad Dionys.
687 ἰσορᾶ Χάραξ τὰς Ἀργοναύτας
ἔ μὴ νηῖ, ἀλλὰ πολλοῖς πλοίοις
ἀσπλευσάμ τὸν Εὐζανον κ. τ. λ.

roti, nauī vna, aut pluribus peruenisse tandem ad flumen cuius secundo agmine in Oceanum, quem hodie Orientem vocamus, in litora Germaniae septentrionalia delata sint. Nam historicum quiddam, et veluti corpus subesse Argonauticis non minus quam Troianis fabulis, sapientissimi homines senserunt, qua de re deinde aliquid dicetur.

§ 5

Sinistra circa Africam nauigatio, vel illi contraria in Erythraeo mari ad columnas nec ipsa improbabilis est.

Ista quidem satis expedita forte videbuntur. Sed ne maioris operae est, alteram circa extremum australe promuntorium nauigationem, et fidem ea de re Herodotus defendere. Otium hic nobis praestiturus erat Pe. Dani Huetius, si in publicam lucem prolatum esset opus, quod a se scriptum ait in Commentario de rebus suis (p. 143) de nauigationibus Salomonis: inceptum modo fatetur alio loco (Hist. du Commerce et de la Nauigation pr.) sed extra dubitationem ibi a se constitutum ait, Caput Bonae Spei Salomonis aetate cognitum esse, saepeque frequentatum et superatum ab eo inde tempore et aliquandiu per a Phoenicibus. Suspiciari aliquis posset, *νεαυινον* fuisse promissum, quod forte Bocharti praeceptoris et amici areae pluteis confusus dederit: sed senex, non tentatum a se tale opus, sed perfectum, scripsit. Porro non ausus est ipse Bochartus, circumnauigatam esse Africam, defendere: nihil, quod mihi constet, de hoc argumento scriptum reliquit Huetius. Nos quosdam per gradus incedamus, et quantum eius fieri poterit caute, ne vel temere fingamus, credamusue, quod nusquam est, vel fidem bonis viris, optimo certe viro Herodoto, sine causa idoneam negemus. Ac primo illud est ab laudato nobis aliquoties qui nunquam satis laudari potest, Bocharto productis idoneis ex antiquitate testibus extra dubitationem positum, la-

is et litus occidentale Africae a freto inde, bonam partem, coloniis Phoenicum fuisse occupatum, quas hic referre nihil attinet. Satis potest esse hic laudasse Strabonem (l. 1 p. 33, 23. it. l. 3 p. 103 seq.) Deinde hic meminimus eorum, quae in ipso ingressu huius disputationis dicta sunt de toto orbe terrarum ex antiquissimorum sententia circumfluo. Addamus hic de Africa ipsa primo Homeri, Geographorum etiam principis, sententiam. Hic (Od. A, 23) Aethiopas (homines ad austrum remotos a Graecis eisdemque Atlantici maris aecolas) ita describit extremos hominum, qui bifariam divisi sunt, alii versus occidentem solem habitantes, alii versus orientem: Οἱ διχθαῖ δαδαίαται, ἔχαστοι ἀνδρῶν, Οἱ μὲν δυσσομένεσ ὑπερίονοσ, οἱ δ' ἀνιόντοσ. Grammaticorum de hoc loco disputationes, a Strabone (lib. 1 p. 21) memoratae nihil habent melius, quam notum fuisse Homero latus utrumque Africae, etiam qua valde in meridiem vergit. Addit Strabo (p. 22, 33) quod vehementer ad totam disputationem nostram pertinet, Πάντεσ οἱ παραπλεύσαντεσ τῷ ὠκεανῷ τὴν Λιβύην, οἷτε ἀπὸ τῆσ ἐρυθρῆσ καὶ οἱ ἀπὸ τῶν σελῶν, μέχρι ποσθ' προελθόντεσ, εἶτα ἀνέσρεψαν, ὑπὸ πολλῶν ἀτοπιῶν κωλύμενοί ὡσε καὶ πῖσιν κατέλιπον τοῖσ πολλοῖσ, ὡσ τὸ μεταξὺ διεργοῖτο ἰσθμῷ. Καὶ μὴν σύρρεσ ἡ πᾶσα Ἀτλαντική θάλασσα, καὶ μάλιστ ἡ κατὰ μεσημβρίαν. ἅπαντεσ δὲ ἔτοί τὰ τελευταῖα χωρία, ἐφ' ἃ πλέοντεσ ἦλθον, Λιβυοπικὰ προσηγόρευσαν κ. τ. λ. Qui litora Africae in Oceano legerunt tum a rubro mari, tum a columnis inde profecti, si aliquousque prouecti cum essent, incommodis pluitibus impediti cursum relegerunt: itaque fidem fecerunt valgo, isthmum inter utrumque litus intercedere (qui impediatur, quo minus circumnavigari Africa, et ab orientali eius litore transiri ad occidentale possit, vel contra) Atqui confluit et continuum est mare omne Atlanticum, et maxime quod est ad meridiem. Ceterum hi omnes, qui utramque ad oram nauigarunt, extremas regiones, ad quas peruenere, Aethiopias dixerunt: ea nempe ratione,

qua Celtas et Scythas et Indos vocabant, qui ad occidentem et septentrionem et orientem, incogniti sibi inhabitarent. Recte igitur secundum haec Aethiopiariam habitare dixerit Homerus ad orientem et ad occidentem. Haec Strabo. Est et alius locus Homeri (Od. de Menelai erroribus, ad quem explicandum ad Grammatici apud eundem Strabonem (l. 1 p. 16 p. περίπλεν τὸν διὰ Γαδέρων μέχρι τῆς Ἰνδικῆς, mentionem ex Nilo per mediterraneum et Gades finitimum usque ad Indiam, cui octo annos assignet Poeta: et Strabo illum περίπλεν esse ἀδύνατον, quamquam nec illo putat ad defendendum poetam. Antiquos auctores, credo, Aristides (in Aegyptia. To. 2 p. 354 post Ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα, inquit, Διβίην καὶ Ἀγυρὴν χερσόνησον περιεῖ. Ad ipsas historias, et quae factae ab historicis dicuntur, veniendum est. Hic antiquitatis fidei causa, humanae etiam, qua historiarum contra veritas, primae debentur libris Hebraeorum sacris, tuerunt certe Salomonis et Tyriorum naues (de 1 Reg. 10 v. 22 et 2 Par. 9, 21) intra tres annos circumvel soluere e Rubri maris portu, et superata Africa adire, vel cursum retro legentes e Tyro nauigare in Idumeae. Repetiit non pari successu nauigatio Iosaphatus, de quo ipsa verba ponemus (2 Par. 26. Societatem iniit cum Achazia Iosaphatus יוסף מלך יהודה. Si Tartessus, de quo non valde dubitant post Bochartum mines eruditi, et tu securos nos facis, Michaelis, Clarissime; si Etzjongeber est in intimo sinu Arabico: planius est sententia huius loci, paratam a duobus

18) De Hannone breuiter Plin. 2, 67 *Hanno, Carthaginiensis potentia flore, circumuectus a Gadibus ad finem Arabias, navigationem eam prodidit scripto.* Derisus passim Hannonis periplus propter *νεμετολογίας*, vid. Dodwelli Diff.

§ 10. Sed nescio, an hoc periplus circumnauigatam Africam, quam riserit, Qui hodie existat Periplus, quemque verum et antiquiorem ipso Homero iudicat Vossius ad Melam 3, 9 p. 594. Illud conuenit, quod Melam

classē, quae Tartessum iret: naues eas porro aedificatas in portu Etziongeber? Ex quo illud consequens est, ut ea classis vel per Neronis fossam intrare Nilum, et per hunc mare internum debuerit (qua de re magna dubitandi vel negandi potius causa est Herod. 2, 158) vel circumnavigare Africam. Superest, ut aliquis tui similis, sed ubi est tui similis? relinquatur ergo, ut tu, qui nuper suis ex latibulis produxisti Troglodytas, et Ophiram vindicasti felici Arabiae, Idumaeae suae Phoenices, scrupulum remoueas, e loco 1 Reg. 22, 49 exorientem, qui parallelus illi, in quo versamur, videtur, ubi parasse dicitur Iosaphatus *אניורו חרשיש ללכרו אניורו*, naues Tharsis ituras Ophiram. An dicemus, illas obiter in itu, vel in reditu, dum litora legunt Arabiae, Ophiram adisse? Haec tu, Vir Cl, si videtur, constitues. Proxime memorandi erant Hannonis illius antiqui et Scylacis commentarii, si, qui hodie exstant sub his nominibus libelli, illorum hominum essent, quorum mentionem faciunt antiqui; certe eam navigationem describerent, de qua nobis sermo est¹⁹⁾. Verum cum alia omnia Dodwellianae disputationes, quin perfunctoria quoque ipsorum opusculorum inspectio doceat: videndum est, ecquid fidei hic mereatur Herodotus, et quos ille auctores habuit¹⁹⁾.

§ 6.

Herodoti narratio proponitur et examinatur.

Ante vero quam ipsius narrationem audiamus, illud cogitandum est, qui aequi iudices volunt esse, quod vulgo fabularum non minus quam historiae pater audit, hoc non

E e 5

esse

Hanno Carthaginensis exploratum missus a suis, cum per Oceani ostium exisset, magnam partem eius circumuallus, non se mare, sed conuolutum defecisse memoratum retulerat. Meminerimus etiam hic, si qua etiam detecta sint hac na-

igatione, interesse sua putasse Poenos, ne in vulgus ea exirent.

19) Nondum videre mihi contingit librum, *Antiguedad maritima de la Republica de Cartago con et Perigla de su General Hannon*, tra-

esse a vanitate quadam ipsius viri, sed potius ab exacta historicae rationis, quam ille veram putabat, quamque nemo iure reprehendat, obseruatione. Propositum viro fuit, non modo, quae gentes tum orbem terrarum habebant, inspicere coram, et quid cognouisset in notitiam suorum cinium et posterorum perferre, sed praeterea cum fide memorare, quid vnaquaeque gens, hoc est, quid viri sapientes, sacerdotes praesertim vniuscuiusque gentis, suis de originibus et rebus sibi retulissent: qua in re diligenter sibi cauere solet, ne pro compertis tradere videatur, quae aliena fide refert, ne ipse credere, quae sint incredibilia. Qua quidem cautione illud perfecit, vti, si quid cum asseueratione dicat, fides ei tanto minus negari debeat temere. Sed passim defenditur et merito suo Herodotus hodie. Narrationem ipsam videamus, et vtrum aliquid indignum fide habeat? In breui totius terrarum orbis descriptione, et comparatione magnarum trium illius partium, Africae, Asiae, Europae (4, 42) ponit illud, quod supra iam citauimus (§ 1) et quam vim habeat, declarauimus; *Λιβύη δὲ τοῦ ἐωυτὴν ἔβασα περίρρυτος*. Addit, hanc illius conditionem primam, quos ipse norit, demonstrasse Neconem Aegypti regem. Diserte, asseuerate ait, *Νεκὼ τῷ Αἰγύπτου βασιλέως πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, καταδέξαντος*. Subiiciamus etiam quae sequuntur, cum valde ad rem nostram pertineant, *ὅς ἐπεὶ τε τὴν διώρυχα ἐπαύσατο ὀρύσσων, τὴν ἐκ τῷ Νείλῳ ἔχουσαν εἰς τὸν Ἀράβιον κόλπον, ἀπέπεμψε Φοίνικας ἀνδρας πλοίοισι, ἐντελάμενος εἰς τὸ ὀπίσω δὲ Ἡρακλείων σιλήων ἐκπλέειν²⁰⁾ ἕως εἰς τὴν βορρῆην θάλασσαν καὶ ἔτω εἰς Αἴγυπτον ἀπικνέεσθαι*. Relicta fossa, (conf. Herod. 2, 158) quam a Nilo ad Arabicum sinum ducere coeperat, misit homines (piscium instar, quos magna in veneratione habent, mari aduetos, nautas velut a natura, verbo) Phoenices nauibus; (emensuros scilicet sinum

traducido del Griego à illustrado por de Pedro Rodriguez Campo manes etc. Madrid 1756, 8. pag. 300,

de quo refertur Mem. de Trev. Aout 1757 p. 403 seq.

20) Displicebat aliquando hoc ver-

sinum Arabicum, quantus est, dextrum litas legentes Africae) iubens, retro (non qua venerant, per sinum Arabicum sed circumnavigata scilicet tota Africa) per columnas Herculeas enavigare ad mare vsque boreale (h. e. mediterraneum qua a septentrione Aegyptum alluit) et sic in Aegyptum reuerti. Quid igitur Phoenices? Faciunt scilicet, quod rex iubet, cuius tum in ditione erant: soluentes e rubro mari proprie dicto, nauigant oceanum meridionalem. Cum auctumnus incideret, appulsis nauibus sementem faciunt iis locis Libyae, vbi cum maxime versarentur, et ibi exspectant messem, qua facta, cum frumentis nauigarunt. Transactis ita duobus annis, tertio anno flexu circa Herculeas columnas facto in Aegyptum redeunt. Hoc enim volunt Graeca: Ὁρμηθέντες ὧν οἱ Φοίνικες ἐκ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης, ἔπλεον τὴν νοτιὴν θάλασσαν. ὅπως δὲ γένοιτο φθινόπωρον, προχόντες ἀν σπείρεσκον τὴν γῆν, ἵνα ἐκάστοτε τῆς Λιβύης πλέοντες γένοιετο, καὶ μένεσκον τὸν ἀμητόν. Θερίσαντες δ' ἀν τὸν σῖτον ἔπλεον ὥσε δύο ἐτέων διεξελθόντων, τρίτῳ ἔτει κάμψαντες Ἡρακλήϊας σῆλας ἀπίκοντο ἐς Αἴγυπτον. Sequitur nunc apud Herodotum illud, quod eo magis ad fidem illi conciliandam facit, quo minus ipsi Sphaericae doctrinae, quam vocamus, rationes fuisse cognitatas, apparet, quibus illud, quod referebant Phoenices, plane congruit. Sic nempe pergit Pater historiae Graecae, καὶ ἔλεγον ἐμοὶ μὲν ἐπισηά, ἄλλω δὲ δὴ τέω, ὡς περιπλώοντες τὴν Λιβύην, τὸν ἥλιον ἔχον ἐς τὰ δεξιά. Dixerunt, inquit, illi nautae, quae mihi credibilia non videntur; sed forte alii cuiquam videantur, se in ipso anfractu Libyae solem habuisse dextrum. Si imbutus fuisset elementis Sphaericae Herodotus, hoc ipsum habiturus erat argumentum verae narrationis, cum in zona temperata australi occidentem respicientibus sol necessario dexter esse debeat, vt nobis necessario sinister est. Haec fingi

verbum, quod habent libri omnes, cum *ἐπισηά* requirere, sententia videretur. Sed forte Herodotus illam a columnis nauigationum vt

nouae expeditionis initium cogitauit, quod illo verbo commode exprimitur.

finigi profecto tum non poterant. Facilius erat terrae motum diurnum pariter atque annum circa solem coniectura adsequi, quam diuinare, inum Africae promuntorium esse ultra zonam torridam. Quae de Periscis, Heteroscis, Amphiscis, Ascis denique disputarunt Geographi, nec Herodoto cognita erant, nedum his, a quibus de illa Phoenicum navigatione cognouerat. Poterat ille in Elephantine vrbe, quo se progressum memorat (2, 29) ipso solstitii die solem dextrum h. e. umbram versus meridiem proiectam aliquantum videre. Sed vitandi forte aestus causa brumae tempus ad eam excursionem delegerat. Nec de illo Syenae miraculo, umbra carentis et habentis puteum vndique illustratum, solstitii confecti die, (de quo Strabo l. 17 p. 562, 20 et Plin. 2, 73) obseruatum erat prodente Herodoto, quod ille memorare nunquam erat intermissurus, qui nempe nec Thaletis, viri genere²¹⁾ Phoenicis inuentorum quidquam inaudisset, praeter illam praedictam ab ipso eclipsin²²⁾. Sic est, AA. olim fuit coelum, et tota rerum natura: sed certis modo temporibus atque locis existunt curiosi obseruatores et ratiocinatores boni causarum atque effectuum. Maneat hoc, quod fidem Phoenicum suspectam facit Herodoto, illud ipsum nobis eam confirmat. Neque illa vel dubitatio vel suspicio mouit Herodotum, ut totam rem in dubium vocaret. Sic enim asseuerate claudit illam narrationem, Οὕτω μὲν αὐτῆ (Λιβύῃ) ἐγνώσθη πρῶτον.

Plane confirmat haec altera narratio, quam a Carthaginensibus acceptam repetit (1, 43) quamque in pauciora verba contractam hic referemus: Setaspes de Achaemenidarum gente poenae causa iussus fuerat a Xerxe contrariis illi,

21) Sic Herod. 1, 170 τὸ ἀνέκω-
 δου γένος ἔόντος Πολυβίου. in quo frustra illum malignitatis postulat malignus ipse in Herodotum Plutarchus.

22) Plura forte sciremus hodie

de hoc genere obseruationum, si ad nos peruenisset liber Polybii περὶ τῆς περὶ τὸν ἰσημερινὸν οἰκήσεως, de quo Fabr. B. G. 3, 30, 8 p. 763. In hoc libro illud fuisse videtur, quod reprehendit Posidonius apud Strabon.

illi, quam modo vidimus, navigatione, ex Aegypto portu maris mediterranei circumuectus omnem Africanam, in Arabicum sinum redire. Ille euectus ultra columnas et Syloëntis promuntorium, difficultatibus deinde deterritus retroëgit cursum, redit ad Xerxem, mentitur nauim non ultra progredi potuisse, τὸ πλοῖον τὸ πρόσω ἔδυνατόν ἐστι εἶναι προβαίνειν. Xerxes, qui intelligeret, illum non dicere vera, in crucem agit hominem, veteremque ab illo poenam exigit. Sic interpretor verba, ἔοι συγγινώσκων λέγειν ἀληθέα, obscuriufcula ob negantis particulae transpositionem; quae ita cohaerent, συγγινώσκων οἱ, ἔ λέγειν ἀληθέα. Mitis alioquin ingenii rex non videtur saeuiturius fuisse in amitae suae filium, cui illius rogatu sub magni et memorabilis facinoris conditione, poenam suprae per vim virginis nobilissimae, remiserat. Sed nempe cognouerat Xerxes de illo Phoenicum sub Necone Periplo; ignauum hominem, qui plus auderet in libidine, quam in facinore honesto et memorabili; poenae iustae reddendum decreuit. Sapientiae antiquae pars, magna potentium hominum peccata expiare difficilibus ausis, sed vtilibus et honestis. Nos iam hoc agamus. Sciebat Xerxes, circumnavigari posse Africanam anfractu e columnis Herculis sinistro, quia circumnavigata erat flexu dextro e rubro mari, atque ideo sibi imponi a Setaepe non patitur.

§ 7

Refelluntur obiectiones.

Sed imponit nobis Herodotus: parum aberat, quin ita putarem; deceptum quidem certe virum credebam, qui vide-

bon. l. 2 p. 67, το τὴν ὑπὸ τῆ ἰσημεριῶ εἴκησιν ὑψηλοτάτην. Quid si ille iam obseruauit, quod ratione collegit de figura telluris Newtonus, confirmarunt terrarum coelique mensores nuperi. Fidem in talibus

Polybii augent, quae de suis ipse peregrinationibus refert l. 3 p. 251, D vbi memorat suam πλοῖον τὴν κατὰ Λιβύην καὶ κατ' Ἰβηρίαν, ἐπι δὲ Γαλατίαν καὶ τὴν ἔξωθεν ταύταις ταῖς χώραις συγκύρσασαι θάλατταν.

viderem, tam constanter a Strabone praefexim magna parte libri secundi refelli Eudoxi Cyziceni et Ephori, et Pythae adeo atque Euemerii Bergaei Periplos, et de rebus illis narrationes: idemque fieri passim ab aliis: atque cum explicari nihil viderem a Geographis vltra Atlantem, summum vltra illud Hesperion ceras, quod cum capite h. e. promuntorio viridj comparant: igitur nec mouebant valde, quae Plinius tradit (2, 67) praeter illud, quod de Hannone paullo ante retulimus, *In Arabico sinu res gerente C. Casare Augusti filio, signa nauium ex Hispaniensibus naufragiis feruntur agnita.* — Praeterea Nepos Cornelius auctor est, Eudoxum quendam sua aetate, cum Lathurum regem fugeret, Arabico sinu egressum Gades usque peruestum: multoque ante eum Caelius Antipater, vidisse se qui nauigasset ex Hispania in Aethiopiam commercii gratia. Illud de Eudoxo copiose narrat Strabo l. 2 p. 67 ex Posidonio. Eadem aut similia Mela habet (3, 9) in quem dum obseruationes scribit Vossius, simpliciter fabulis adnumerat, quidquid de circumnauigato Capite Bonae Spei apud antiquos legitur. Et meministi, Hollmanne, Vir Clarissime, cum vno aut altero abhinc anno in hoc ipso loco in illam quaestionem incideremus, te adferre Herodotum, me Strabone et omni Geographorum choro laudato, in dubium vocare fidem non Herodoti quidem, sed quos ille auctores habuisset. Verum enim vero, cum, quod in ingressu huius commentarii dicebam, illa de Electro disputatio hoc me docuisset aperte, nauigationes Phoenicum in septentrionem Homericis temporibus frequentes, postea vero intermissas fuisse: ea ipsa re admonitus cogitare coepi, hoc forte totum de nauigationibus veterum patere latius, et posse tum Argonautarum fabulam, hoc est, illius quasi fundum, tum Herodoteas de circumnauigata Africa narrationes, aliquid et lucis et firmamenti ex eadem obseruatione accipere. Quo igitur argumento constat falsam esse Herodoteam narrationem? Tria fere esse video, quae obiiciantur: certe, quae ego non diu est, cum illi solebam

bam opponere, posteriorum historicorum et fide dignorum de ea re silentium, rei ipsius difficultatem, vanitatem et mentiendi libidinem Phoenicibus praeter ceteros obiectam. Primo igitur non est, aiunt, vero simile, intermissam esse navigationem, si coepta esset; perisse notitiam rei, non adhibitam esse a Geographis, ne rationem quidem eius in tabulis habitam. Legit Herodotum Strabo non minus quam nos hodie: sesqui mille annis Herodoto et rebus ab eo narratis fuit quam nos, propior. Ergo et de scriptore, et de rebus melius iudicare, quam nos hodie, potuit. Sed quid iudicavit? nihil, quod meminerim contra fidem Herodoti. Verum, cum suo tempore et diu ante, nemo illas Africae partes fide dignus homo inspexisset, descripsisset; non putavit hanc esse operis sui materiam: tacuit, ignota esse, silentio indicavit: probaturus et defensorus fidem Herodoti haud cunctanter, si experimenta post facta illi innotuissent, nedum, si nunc videret reduces quotidie ab illo Periplo gentium plurimum nautas. Si iam idonea possit ratio reddi intermissae navigationis, abolitaeque pene illius memoriae, quid est, cur fidem negemus viro alias veraci, cui debemus, quae scimus de antiquis factis, pene omnia? cuius haec ipsa narratio cum rerum natura, et his quae manibus hodie tenentur, plane convenit. Eam vero rationem iam tertio abhinc anno (1753. 3 Febr. Comm. To. 3 p. 89) cum de electro apud vos A.A. disputarem, reddidisse mihi videor. Eadem, breuiter repetam, Phoenices, de quibus hic nobis sermo est, a septentrionibus attulere *καασίτερον* s. stannum et electrum, res qua aetate ipsi florebant, notas, post, cum nauigare illi desissent, paulatim ex usu et memoria adeo hominum abolitas, donec Romanorum expeditionibus paulatim reuocarentur. Nauigatio illa, de qua nunc agimus, Neconis iussu suscepta est sub ipsum finem florentis Phoenicum conditionis, nec frequentata forte, quod non responderet lucrum impediae temporis atque laborum: post interitum deinde potentiae illius, et regna exorta mercatoriae

toriae reipublicae inimica, omnino atque penitus intermissa est: ut magis mirandum sit, seruatam illam veterem et vnicam forte ab Herodoto rei memoriam, quam aliam illius mentionem omnem intercidisse. Quod est de difficultate talis navigationis, non ego illam negauerim. Agnouit Xerxes, esse illam tantam, ut non iniuste ea extremum supplicium, crux, redimatur: Setaesper tantam putauit, ut redire cum periculo capitis sui domum mallet, quam illam conari absolueré. Fecit, ut modo dicebam, ipsa difficultas, ut experimentum sub Necone factum non vellent lucri sui causa Phoenices repetere: homines, qui per maria omnia, periculaque quaerere diuitias non dubitabant. Sed quidquam eam navigationem habere, quod rerum naturae repugnet, atque ideo credi non possit, nemo, qui pensi quid dicat, habeat, affirmauerit. Illi interlitus legendum quotidiani appulsus et exscensiones, illa tempora itineri impensa, illa durities hominum, illa in victu simplicitas, illi labores remigandi, quos nemo neque dux neque focius recusaret, illa nugarum h. e. otiosorum corporum absentia, et quidquid in tali re considerandum est; in eo conueniunt omnia, ut absurdum aut repugnans quidquam non facilius hic, quam in scirpo nodum inuenias. Itaque Strabonem audiuius nihil hic *αδύνατον*, nihil quod fieri non possit, inuenientem. Obiectam Phoenicibus mentiendi libidinem, non est, quod negemus: *Φοινικικὸν ψεῦσμα* in prouerbio fuisse, Aristidae (Aegyptia. To. 2 p. 356 pr.) facile credimus. Inuitantur peregrinatores ad strenue mentiendum a studio vulgi paradoxa audire cupientis. Aristoteles (apud Athenaeum 1, 6) memorat, qui *δημηγορῶντες ἐν τοῖς ὄχλοις κατατρίβωσιν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν τοῖς θαύμασι, καὶ πρὸς τὰς ἐκ τῆ Φάσιδος ἢ Βερυθίνης καταπλέοντας*, qui fabularum audiendarum studio totos dies in populo versentur, audiendorum potentorum causa ab his, qui a Phaside vel Borysthene redeunt. Habuisse Phoenices causas mentiendi eaque ipsa ratione arcendi suis a praesepibus aemulos, vltro agnoscimus.

nus. Itaque facile credimus Straboni 3, p. 117 vulgatam
 ludio a Phoenicibus famam de columnis Herculis sui s.
 Gyrii et sine terrarum, ultra quem nihil sit, διαβοηθῆναι
 ταιρεσκειύασαν, ὡς τῆτ' εἶναι καὶ γῆς καὶ θαλάττης τὸ
 τέρας. Nec valde mihi dubium est, illam de Atlantica
 Platonis (in Timaeo p. 525, c. it. Critia p. 559, d) fabulam
 Phoenicibus primum excogitatam, qui ita vellent a na-
 vigationibus extra columnas absterrere alios. Submersae
 iunt, aiebant, felices, de quibus audistis, terrae, lutum
 nadidum et palus immeabilis est extra columnas etc. Νῦν
 ἔπορον, καὶ ἀδιερεύνητον γέγονε τῆκεῖ πέλαγος, πηλῆ
 καταβραχέος (malim καταβρεχέος) ἐμποδῶν ὄντος. Non
 dubitat Appianus Ibericor. s. rerum Hispanicarum principio,
 frequentes fuisse Phoenicum in occidentalia ac borealia
 beriae litora navigationes, colonias in iis constitutas plu-
 res; cum idem neget Romanos aut parentes Romanis po-
 pulos illum oceanum nauigasse aut nauigare, nisi quod
 iestu maris adiuvante in Britanniam (e Gallia) traiciant.
 Redimus ad nautarum, qui iidem mercatores, mendacia.
 Quis hodie μυσηριοκερυψίας mercatorum non valde anti-
 quas de rebus, quae inter nos iam vulgares sunt, de sper-
 mate ceti, de coccinella, de sego, de Thea ipsa ne di-
 cam, ignorat? Mentiantur igitur Phoenices: an ideo ni-
 hil plane veri ab vlllo Phoenice potuit exspectari? An
 Aegyptii etiam et Persae, a quibus res Phoenicum accepit
 Herodotus, nihil veri potuere dicere? An ideo, quod in
 Mandeuillii et aliis id genus itinerariis monstrosa quaedam
 narrantur, quod antiqui Graeculi, quorum commenta re-
 fert Plinius, multa de portentosis populorum quorundam
 formis mentiti sunt, fidem omnem iis abnegamus eorum
 etiam, quae fieri posse, quae ita se habere, hodie plena
 fide nouimus? Quod de dissensionibus historicorum sapien-
 ter monet Strabo, quo libenter in hac disputatione vtimur,
 illud vel maxime ad fabulas historiis admixtas transferen-
 dum est (lib. 1 p. 13 extr.) Οὐτ' εἰ μὴ συμφωνῶσιν οἱ τὴν
 ἰστορίαν τῶν τόπων διαδιδόντες, εὐθὺς ἐκβαλλῶν δὲ τὴν
 Ff σύμπα-

σύμπασαν ἰστορίαν, ἀλλ' ἔθ' ὅτε καὶ πισθεῖται τὸ καθόλου μᾶλλον ἔστιν κ. τ. λ. Non, si parum consentiunt, si falli quaedam admiscunt, qui notitiam locorum tradidere, sitim eiicere omnem historiam oportet: sed est, vbi tantum magis firmare fidem vniuersae rei dicet. Quantae sunt dissensiones in relationibus de mari Caspio, et illius delineationibus? quantae de continentia vel Oceani vel terrarum circa axem borealem? An ideo omnis fabulosa peregrinatorum ac nautarum historia?

§ 8

Fabula de Argonautis fundum tamen habet historicum.

Quin licet hoc ipsum per vestram A. A. sapientiam atque animi aequitatem ad fabulas quoque poetarum applicare, ad res Troicas, et quod proxime ad hanc ipsam dissertationem pertinet, ad Argonautas. Nisi fundum habuisset historicum Ilias, nunquam gentes non nimis aetate Homeri remotae illum arbitrum suarum de finibus controuersiarum, testem sui generis, cognitorem iuris suadisciuissent. Argonautarum expeditionem non totam esse confictam, vel vestigia historica apud Strabonem (lib. 1 p. 31) ne de Apollonio Rhodio dicam, qui venari hoc genus obseruationes historicas videtur, satis declarant. Et quam ipsa Argonautici carminis, quod Orphei nomen habet, et librorum Apollonii dissensio comparisonem ad historiam et Geographiam habeat; paullo ante indicatum est. Neque vero illud in iudicio antiquissimae historiae et geographiae mythicae non diligenter tenendum est, quod ipsum quoque praeclare animaduersum ab eodem Strabone (l. 1, p. 41, 31) melius non nunquam esse causam conuicere in mutationes locorum, quam in ignorantiam scriptorum vel mendacia, βέλτιον αἰτιᾶσθαι μεταβολὴν, ἢ ἀγνοίαν ἢ κατὰ ψευσίαν τῶν τόπων κατὰ το μῦθῶδες. Cui praecepto fidem faciunt tot mutationes insignes orbis habitabilis, quae ibi commemorantur, et quarum plures ab eo

ide tempore similes accidisse partim nouimus, partim
 necessariis colligimus, partim signis quibusdam su-
 mur merito. Verissimum historia teste, quod pulchre
 uat Aristot. Meteorol. 1, 14, 1 Οὐκ αἰεὶ οἱ αὐτοὶ τόποι
 γῆς ἔτ' ἐνυγροὶ εἰσιν, ἔτε ξηροὶ, ἀλλὰ μεταβάλλ-
 κατὰ τὰς τῶν ποταμῶν γενέσεις, καὶ τὰς ἀπο-
 εἰς, διὸ καὶ τὰ περὶ τὴν ἠπειρον μεταβάλλει καὶ τὴν
 κτταν. καὶ ἔκ αἰεὶ τὰ μὲν γῆ τὰ δὲ θάλαττα δια-
 πάντα τὸν χρόνον ἀλλὰ γίνεται θάλαττα μὲν ὑπὸ
 εἰς, ἔνθα δὲ νῦν θάλαττα, πάλιν ἐνταῦθα γῆ κ. τ. λ.
 on vestrum A A. hic in mentem veniunt illa, quae
 a Cl. Dalino disputantur de sua Suecia, cuius bonam
 in multo, quam alii ciues sui, recentiore facit, aquis-
 ualutim decrescentibus emerfam, vt non diu ante
 li nati aetatem habitari coepisse videatur. Illud qui-
 videtur confectum, ancoras et nauium fragmenta
 longissime a mari intuenta indicare, quondam ibi
 atum esse. Videtis A A. quam late hic locus pateat:
 altera admonitio quanti momenti sit, quam Polybii
 efferemus, non quo magis vera sit sententia, quam
 omnes atque amicus Scipionis Africani dixit, sed vt
 sapientiam viri videamus, et quantum ita circum-
 historico tribuendum sit? Dicit autem (3, 58 p. m.
 tr.) difficilem esse locorum et regionum externatum
 imi διὰ τὸ τὰς μὲν ἐκβαρβαρῶσαι, τὰς δὲ ἐρήμους
 τόπους. Ergo Polybio prodente regiones erant cultae
 humanitate et literis, tum prolapsae vel relapsae in
 iem, erant regiones copiosae olim, nunc suis ab in-
 lesertae. Hoc quale sit, facile intelligit, si quis nunc
 in Graeciam, vel Africam et Aegyptum, vel Palae-
 adeo, comparet cum his, quae in libris de anti-
 arum conditione habemus. Sed quid, si etiam lo-
 hominumque, quos Phoenices adiere vel Argonau-
 liuerfa longe fuit conditio ab ea, quae fuit florente
 Graecia? Quis hodiernam Alexandream agnoscit in
 rabonis (l. 2 p. 81, 7) Τῶν ἐξ Ἀλεξανδρείας ἐμπόρων
 Ff 2 56105

ὁλόος ἤδη πλεόντων διὰ τῆ Νείλου καὶ τῆ Ἀραβίαι κόλῳ
 μέχρι τῆς Ἰνδικῆς. Classem dicit nauium mercatoriarum
 ex Alexandria per Nilum et sinum Arabicum comen-
 in Indiam: tum addit, se comperisse praesentem cum
 Gallo Aegypti Praefide, centum et viginti naues e Ma-
 horimo s. portu Muris in sinu Arabico, soluere in India
 cum prius Ptolemaeorum aetate nauigare et merce Indiae
 implere naues pauci auderent. Sic Plinius 2, 67, *A Gal-
 bus, inquit, columnisque Herculis, Hispaniae et Galie
 rum circuitu totus hodie nauigatur occidentis.* At Appi-
 anus, qui vix saeculo serius scripsit, idem, vt paullo an-
 iam indicauimus, negat in principio Ibericor. (p. 423 To-
 τὸν ἑσπέριον καὶ τὸν βόρειον ὠκεανὸν ἔ περιῶσιν. Et mo-
 ἔτε Ῥωμαῖοι ἔτε τὰ ἔθνη τὰ ὑπὸ Ῥωμαίοις περιῶνται τῶ
 τῆ ὠκεανῶ. Ista forte Traiano imperante scripta. A-
 tonini Philosophi tempore Aristides (Aegypt. T. 2 p. 355)
 quotidie nauigari ait extra columnas: nominatim men-
 nem facit τῶν εἰς τὴν μεγάλην νῆσον περιαιμένων τὴν Ἰ-
 τιπέρας Ἰβήρων, quam Hiberniam esse apparet, addit
 στρατεύματα τε εἰς αὐτὴν ἐκάστοτε παντοῖα διαβαίνον-
 ἀναχωρεῖ τοῖς καθήκονσι χρόνοις, καὶ ἄρχοντες καὶ ἄλλοι
 τὰ μύριοι διαβαίνουσιν ἐκάστοτε. Exercitus hominum,
 in illam variorum transire et redire statis temporibus,
 gistratus et priuatos innumerabiles (sic μύριοι hic videntur
 intelligi) semper traicere. De temporibus quisque sci-
 vera loqui potuerunt Plinius, Appianus, Aristides. Sum-
 ma esto et finis, suscipi peragique potuerunt a Phoeni-
 bus, ab Argonautis, quae saeculis interiectis, mutatis lo-
 cis atque hominibus fieri potuisse difficile creditu est.



D E

METERVM NAVIGATIONIBVS

E X T R A

C O L U M N A S H E R C V L I S

P R A E L E C T I O I I

H A B I T A V I I M A I . C I D I D C C L V I I .

Videmur A. A. satis apud æquos quidem et intelligentes iudices, quales nobis in hoc coetu contigisse gaudemus, quod nobis propositum erat, confesse, nauigata esse olim oceani litora, a rubro inde mari ad Germaniam extremam naues ambulasse. Hoc verum agebamus, subinde incidimus in quaedam argumenta coniuncta huic nostro, ut ad illud vel confirmandum vel illustrandum certe vim habere nonnullam viderentur. Atque alia quidem superiori praelectioni intexuimus. Alia corollaria quaedam disputationis nostrae placuit nunc proponere, cum praesertim per se ipsa aliquid non iniucundae considerationis habeant, quae detinere uti me, sic forte alios etiam cum aliqua voluptate possit. Non sunt noua, quae adferam, ex libris desumpta illis, qui omnibus patent; sed hoc nescio, an sit animaduersum, quam ea vim ad nostram disputationem habeant. Tria autem velut corollaria dabimus, quibus firmari videtur posse fides illarum navigationum de quibus diximus: primo in veteri *de beatorum insulis* fabula esse aliquid, quod ad illas navigationes referatur, ostendemus, deinde adhibebimus eodem consilio *Hyperboreos*. Volebam etiam peculiare caput constituere de fide Pythae Massiliensis praesertim, tum aliorum, qui in hoc argumento vel laudantur testes, vel re-

felluntur a posterioribus. Sed video id longius esse, si velim progredi qua licet, quam ut pars huius fieri disputationis possit. Et de Pythea prouocare forte licebit simpliciter ad eruditam Bougainvillei *) dissertationem, qui fidem illius; credo, expediuit; credo, inquam; diligentius enim ponderare omnia nondum licuit. Hoc ergo argumento vel omisso vel dilato, in praesens ab *historia praedonum Francorum*, aliquid praesidii his quae nuper disputata sunt, arcessemus.

*) V. Memoires de literat. de l'Acad. des Inscriptt. To. 19 p. 143. Hic modo breuiter rationem reddam, cur nondum audeam simpliciter et velut compromisso ad V. C. prouocare. Argumentum, quo is vtitur p. 148 ad constituendam Pytheae aetatem, eiusmodi est. Pytheas primus obseruauit, habitari adhuc terram circa gradum latitudinis LXVII. Iam vero Aristoteles (Meteorol. 2, 5) ait esse gentes, quibus nunquam occidat corona Ariadnes; at hi debent esse constituti in hoc gradu. Ergo prodidit ante Aristotelem Pytheas. Nihil dicam aliud, (neque enim hic longe digrediendi locus est) nisi hoc vnum: Non dicit Aristoteles, quod dicere illum vult vir doctus. Lo-

quitur de terminis zonae temperatae, his ipsis verbis, quae solae coronae mentionem habent: *Φέρονται δὲ καὶ ὁ εὐρανος κατὰ τῆτον τὸν τόπον. Φαίνεται γὰρ ὑπὲρ κεφαλῆς γινόμενος ἡμῶν, ὅταν ᾖ κατὰ τὴν μεσημβριονόν.* Citra tropicum cancri, intra zonam temperatam esse coronae borealis fidus, constat: iam vero hoc fidus vertici nostro cum in meridiano est, imminere, constat ipsam quoque: ergo quibus hoc euenit, illi sunt adhuc in zona temperata. Conferant haec, vel potius totum locum Aristotelis, quibus videtur, cum oratione viri docti. Equidem argumenta, quibus fides Pytheae defenditur, clariora esse opto ac certiora. Agamus ergo, quod proposuimus.



I De Insulis beatorum¹⁾.

De perenni animorum humanorum natura, producta certe ultra haec viuendi spatia duratione, et diuersa bonorum malorumque sorte, tantus est populorum omnium consensus, ut illam opinionem vel inter eas, quas *κοινὰς νῆας* vocare solemus, referendam, vel ab antiquissima ditione generis nostri auctoribus impertita, deriuandam ille credas²⁾.

§ I

Sed cum in hac velut summa conueniant, Superfunt pori animae, et eo quidem loco et conditione, ut bene fit, male malis: de cetero sunt tot fere sententiarum diuortia, quot enarrare non minimi laboris fuerit. Aegyptiorum antiquissima doctrina, respicientibusque illam ritibus et loquendi formulis, cum trans flumina et riuos transuehi mortuos, quos id meruisse iudicatum sit, feliciorum vitam docerent, egit vit magnus, quem ego facio nostro vniuersim, peculiariter vero mihi Collegam in sefforio munere, et in Societate Regia sodalem grate vehementer soleo, Io. Dauid. Michaelis in Epimetro praeclarum Lowthi opus De poesi sacra Hebraeorum I p. 194 sqq.) ita ut originem totius de Insulis Beatorum fabulae ex illis velut incunabulis eruat. Quod si non uult plane ad liquidum perducere, (quid enim in tali plane liquidum est?) hoc tamen perfecit, quod maius, ut aliquot poetarum sacrorum locis lucem ex isto

Ff 4

Aegy-

De hoc pariter capite et quae yperboreis deinde disputabunt illud in vniuersum semper coe aequos lectores optamus, est apud Diod. Siculum (4. 44) *Καθόλου τὰς παλαιὰς μύθους ἑλλην ἔτα συμπεφωνημένην ἰσοῦσαν συμβέβηκεν*. Voluerunt i illi, sub inuolucris quibus-

dam latere ut philosophiam, sic historiam: quam recte uoluerint, ad nostram rem iam nihil attinet: uoluerunt certe, eaque in re ingenio quisque sua indulserunt,

2) Sententiam ea de re dixi in Memoria Axelii Wilh. Comitis Wachtmeister A. S. LV hic mortui.

Aegyptiorum more et persuasione insignem intulerit. Orphicis carminibus neque Elysi, neque Insularum Beatorum nomen inueniri puto. Sed *Μακρόβιος* (Argo 1106 sqq.) ita describuntur, vt facile credam, illam imaginem ad conditionem beatorum manium pertinere. Popularis Romanorum sententia, ab antiquissimis, vt videtur longa traditione accepta, beatas animas in coelo collocat et nominatim in lacteo illo circulo s. galaxia, vbi Africani suo cum patre et auo loquentem ponit Cicero. Hausta videtur a Pythagoricis antiquis magnae Graeciae colonis. Ipse Pythagoras (ap. Porphy. de antro Nymph. p. 121 Barnes.) *συναγέσθαι*, inquit, *ταῖς ψυχαῖς εἰς τὸν γαλαξίαν κ. τ. λ.* Plutarchi Syllas a Saturni sacerdotibus edoctus, (in libello de facie in orbe Lunae ad finem) utrorumque et bonorum et malorum animis locum in Luna assignat: Homerus et Virgilius inferos quosdam sub terra comminiscuntur, discretas bonorum malorumque sedes. Ceterum ita inter se differunt et dissentiunt, qui supra terram vel eminentem e mari regionem certam assignant beatis, vt appareat, voluisse quosdam certe illorum *γεωργεσθῆν*, et felicem aliquam telluris partem, remotam alias a cognitione hominum, ita describere. Vid. Tzetz. ad Lycophr. 1204, et Eustath. ad Odyss. Δ, 563. Non est huius loci, totum hoc persequi, et ostendere, qui in Aegypto (praeter ea, quae iam dicta sunt, Dio. Chryl. Troic. p. 188, C.) qui ultra Aegyptum ad Oasin (Herodot. 3, 26) qui Thebis Boeoticis (Lycophr. 1204 add. Tzetz. ad 1194) qui in Messenia (vide Lakemach. Obs. P. II, 3) posuerint sedes illas et insulas beatorum, qui Cretam (vid. Meurs. Creta 1, 5) hoc nomine laudarint, quique locauerint ad Indos (Dio Chrylost. Or. 35 p. 434 seq.) Fabulas similes, de insula quadam beata dabit Diod. Sic. 2, 55 sq. alias idem 3, 127. Talis est Meropis Aeliani V. H. 3, 18, vbi vid. Perizo. no. 7. Cur illa ante *Borysthenem Achillea*, s. Leuce dicta, sit etiam Macaron insula, vid. Plin. 4, 13 s. 27 conf. Eustath. ad Dionys. 545. Nos in praesens de his

his modo videamus, qui iis posuere locis, de quibus cogitare non poterant, nisi notitia, fama certe, earum navigationum, de quibus hic agimus, ad eos peruenisset.

§ 2

Hic egressis cogitatione Herculis columnas statim quidem occurrit Atlantica illa Platonis, de qua ante dicebamus (Prael. I § 7) sed quam ille beatorum sedem non facit. Verum reliquiae illius videri possunt illae Fortunatae Insulae, quas τῶν μακάρων νήσους appellat Strabo (I p. 2, 20) quasque ab Homero ait respici Odyss. Δ, 563. Repetit et disertius explicat alias (l. 3 p. 104 pr.) ubi memorat poetas μακάρων τινὰς νήσους κατονομάζοντας, αἷς καὶ νῦν δεικνυμένας ἴσμεν, ἃ πολὺ ἄποθεν τῶν ἀκρῶν τῆς Μαυρεσίας, τῶν ἀντικειμένων τοῖς Γαδείροις. Τῆς δὲ Φοίνικας λέγω μινυτάς. καὶ τῆς Ἰβηρίας καὶ τῆς Λιβύης τὴν ἀρίστην ἔτοι κατέχον πρὸ τῆς ἡλικίας τῆς Ὀμήρου κ. τ. λ. Non multum remotas ait ab extremis Mauritaniae partibus, quae Gadibus ex aduerso iacent: earumque Homero Phoenicas fuisse indices, qui Hispaniae pariter atque Africae optimam partem ante Homeri aetatem obtinuerint. Reliqua harum insularum vel μυθολογούμενα vel γεωγραφούμενα nihil ad hanc disputationem. Videant, quorum interest, Vossium ad Melam (3, 10, 12). Illud apparet, ante Homerum et Graecos nauigatum esse mare Atlanticum.

Eiusdem generis est, et eandem vim habet illa Diodori Siculi insula, navigatione aliquot dierum versus occidentem a Libya remota, fertilissima, pulcherrima, a Phoenicibus tempestate eo delatis detecta, quam sibi Carthaginenses seruauerint perfugium rebus suis forte perditis, ideoque excluderint colonos alios. Cum illius narratione (L. 5, 19 et 20) confert merito Cl. Wesselingius similem fabulam ex mirabilibus auditionibus, quae Aristoteli tribuuntur. (p. m. 1157, B.)

Atlanticas insulas duas decies mille stadiis ab Africa distantes describit Plutarchus Sertorio (p. m. 571 sq.) in quibus rebus afflictis conferre se voluerit Sertorius, quae ob felicitatem soli et coeli Beatorum appellarentur, addit ὡς μέχρι τῶν βαρβάρων διῆχθαι πίσιν ἰχυράν, αὐτόθι τὴν Ἡλύσιον εἶναι πεδίον, καὶ τὴν τῶν εὐδαμόνων οἴκησιν, ἣν Ὀμηρος ὕμνησεν, ad barbaros usque penetrasse firmam fidem, esse ibi Elysium campum, cantatamque Homero beatorum habitationem. Ac ne putemus, Graeculam recentiorum fabulam esse, refert ex Sallustio eadem Acro ad Horat. Epod. 16, 41, qui mirum est, nisi ad hoc ipsum Sertorii consilium ibi respexit. Philostratus de vita Apollo. 5, 3, cum ait, Φασὶ δὲ καὶ τὰς τῶν μακάρων νῆας ὄρεζεσθαι τῷ Λιβυκῷ τέρματι, indicat, sibi nihil certi constare, qui tamen Oceanum Gallicum a se visum, paulo ante (c. 2) affirmet.

§ 3

Quae protulimus adhuc, ea ad egressum e columnis Herculis cum aliquo ad sinistram flexu pertinent. Sed dextrum etiam anfractum ad occidentale litus Hispaniae non ignotum fuisse praescis illis, simili ratione intelligitur. Promittit Proteus Homericus (Od. Δ, 563) Menelao:

Ἄλλὰ σ' ἐς Ἡλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης

Ἄφθάνατοι πέμψουσιν —

Τῇ μὲν ῥήϊξιν βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν,

Οὐ νιφετὸς, ἔτ' αἶρ' χειμῶν πολὺς, ἔτε πᾶτ' ὄμβρος,

Ἄλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνεύοντος αἴτης

Ἄνεμος ἀνίσχιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Elysium campum, quo mittent Menelaum propter Helenam uxorem D.I, ponit ad *extremos fines terrarum*: hic facilli-

3) Placet his sequi Ioannis Tzetzae narrationem sumtam, ut videtur, e Procopii Gothlic. 4, 20. altera Isaacii nomen praefereus hic

obscura certe, si non corrupta est, quod hic quaerere non lubet: ut nec illud, quod Ioannes ad v. 173 dicit, auctore, quem vage modo

per

nus victus hominibus est: hic rarae niues, nunquam a hiems, aut imber; sed *semper* emittit Oceanus ars Zephyri flatus recreandis hominibus. De hoc loco trabo 3 p. 103, 44 Ὁ ποιητὴς τὰς τοσαύτας στρατιάς Phoenicum in Hispaniae litora occidentalia expeditionis dixerat) ἐπὶ τὰ ἑκατὰ τῆς Ἰβηρίας ἰσραηλῶν, πυνθιμῆος τε καὶ πλετόν καὶ τὰς ἄλλας ἀρεταίς, (αἱ γὰρ ἰκεσ ἔδηλυν τῆτο) ἐνταῦθα τὸν τῶν εὐσεβῶν ἐπλασεον, καὶ τὸ Ἠλύσιον πεδῖον. Didicisse ait Homerum Phoenicum expeditiones, audisse diuitias et virtutes omnis ipsis narrantibus, et hinc fingendi occasionem esse. Persequitur ista scriptor, si quis alius diligens et solus, et addit inter alia (p. 1104, 14) suspicari fas esse, aequitatem illis hominibus, regibus certe, et in his anthonio Tartessi tributam esse ob felicitatem: ὑπολοιοι τις ἂν, ἐκ τῆς πολλῆς εὐδαιμονίας καὶ μακροχρόνιας ἀσθῆναι τὸς ἐνθάδε ἀνθρώπους. Inuenimus, nisi gie fallor, in his locis deinde etiam Hyperboreos. lubet Elysios campos, ac beatorum insulas ultra periri, non quo valde ad rem nostram pertineant, quae rsunt; sed ne quid curiositati vestrae AA aut lectorum disse videamur. Nempe Isaacus Tzetzes (ad Lycophr.) et Ioannes Tzetzes ad Hesiodum (ἔργων 171) quoque loco beatorum insulae simpliciter memorantur, et ipsum Homeri locum, de quo Strabonis sententiam ininus, ad Britanniam pertinere volunt, et firmandae s sententiae causa miram referunt aliunde historiam 3). ificatoribus quibusdam, in litore Oceani Britanniae opo habitantibus, qui tributū loco manus habeant tradi animas defunctorum in Britanniam. Vtitur hac narone, et aliis argumentis ad vindicandam Britanniae suae iam Jos. Barneſius (ad Euripidis Helenam v. 1692) eadem

res designat, Caesarem, cum rizeni Euro-flante eo traiecissetatum pulchritudine regio- ἀρετῆς τῆ λῆν περιπέθε-

αὐτῶ τῆς χώρας, ibi voluisse sedem ponere, κατοικήσαι: inuitum vero expulsus esse ab incolis.

dem nempe ratione, vt (ad Odyss. Ω, π) Homeri λευκαῖδα πέτραν, et ἡελίοιο πύλας, et δῆμον ὀνειρώων in patria sua inuenit. Illud, credo, veri ex dissidentibus inter se narrationibus relinquitur, diu ante Homerum nauigatum esse Oceanum, cum fabulae id genus fundum certe aliquem, quo nitantur, historicum soleant habere. Similem esse fabulae de Hyperboreis rationem, iam demonstrabimus.

II De Hyperboreis.

Volebam initio paucis defungi, ac de Hyperboreis, Pindari praecipue, illa modo huc adferre, quae si fidem non faciant, suspicionem certe moueant non leuem, quaedam illorum non simpliciter conficta, sed e nautarum, qui Oceani litora, Hispaniae oram occidentalem praecingentia, nauigarant, sermonibus primum accepta. Sed cum quaerendi subiret voluntas, si plura forte deprehenderem, quam quae se vltro obtulerant, eius rei vestigia: factum est, vt qui vrceus insitui coepisset, exiret amphora, vt omnia pene, quae de Hyperboreis relata sunt, dum considerarem, luberet eadem ita disponere, vt iustae de nomine et populo tam peruagato disputationis locum tueri posset, quae vel plura haberet, vel ordinatiora, vel certiora, h. e. magis idoneis auctoribus probata, illis, quae adhuc a summo Viro Ez. Spanhemio, ad Callim. H. in Del. 281 p. 489 sq. tum a Gedoino in Commentt. Acad. Inscriptt. To. X. p. 176 sqq. et Banerio ibid. p. 198 sqq. more cuiusque suo collecta et prolata sunt.

§ I

Nominis consideratio.

Iam vt inde incipiamus, nomen ipsum consideratione dignum est. Quid sibi vult illa Hyperboreorum appellatio, quae iam Herodoto admirabilis, h. e. absurda, nisi

nisi fallor, visa est. Is enim (4, 32) prooemium suae de Hyperboreis, primitias nescio quas in Delon mittentibus, narrationi hoc facit, Ὑπερβορέων δὲ περὶ ἀνθρώπων ἔτε τι σκῦθαι λέγουσι, ἔτε τινες ἄλλοι τῶν ταύτη οἰκημένων, εἰ μὴ ἄρα Ἴσσηδόνες. ὡς δ' ἐγὼ δοκέω, εἰ δ' ἔτοι λέγουσι εἰδέν. Hoc, puto, dicit de hominibus Hyperboreis (qui tamen secundum Deliam illam fabulam Scytharum vicini, per hos versus Graeciam legatos illos sacros Delon mittunt) neque Scythae quidquam dicunt, neque alii hic habitantium praeter Issedonas verum, ut ego puto, ne hi quidem quidquam (intellige, ut solet, *probabile* aut fide dignum quidquam) dicunt: deinde longiusculam de illa legatione vel *θεωρία* relationem claudit, ut neget se quidquam, de Abaride Hyperboreo, cum sagitta sua terrarum orbem obeunte, velle dicere, et, εἰ δὲ εἰσὶ τινες Ὑπερβορεοὶ ἀνθρώποι, εἰσὶ καὶ ὑπερνότιοι ἄλλοι. Illudit, credo, toti commento: negat magis probabile esse, habitare quosdam ultra boream, arcton, cardinem septentrionalem, quam ultra aiterum mundi cardinem notum. In quo illud non indignum obseruatu est, fuisse, si non prius, certe septingentis amplius annis post, qui *ὑπερνότις* appellatione, quam ridet Herodotus, serio vteretur. Dionysius quidem Periegetes (v. 151) duo promuntoria Ponti Euxini inter se opposita describens, *ὑπερνότιν* Carambin facit, *βορειότερον* Criumetopon. Scilicet putauit Dionysius, illud *ὑπὲρ* non esse vrgendum hoc modo, ut aliquid esset ipso borea magis septentrionale, magis adeo frigidum, aut magis noto meridionale, calidiusque: sed simpliciter notare relationem illam ad plagam. Ac sane septentrionem illis frequenter assignari, mox videbimus: et quam vim τῇ ὑπὲρ tribuerit nominatum Pindarus, deinde declarabimus (§ 8). Diodorus Siculus (2, 47) nomen deriuat ἀπὸ τῆς πορρωτέρω κείσθαι τῆς βορέας πνοῆς. Pausaniae (Eliac, 1 l. 5, 7) dicuntur οἱ ὑπὲρ τὸν ἀνεμὸν οἰκῆσαι τὸν βορέαν.

§ 2

Non fuit certae et definitae gentis unum et constans nomen.

Nunc illud monemus, quod considerandis conferendisque inter se locis omnibus, quae adhuc nobis oblatae sunt, videmur plane intelligere: non fuisse gentem aliquam certam atque unam, quae hoc nomine suo, ut Getae, ut Colchi, ut Thraeces, ab aliis distinguerentur. Fatur Herodotus, cuius modo locum protulimus, sibi ignotam esse, diligenter requirenti, eam gentem: historia de huius gentis rebus gestis nusquam vlla memoratur. Strabo (7 p. 204, 16) Διὰ τὴν ἄγνοιαν, inquit, τῶν τόπων τέτων (de Getis agit) οἱ τὰ Ῥιπαῖα ὄρη καὶ τὰς Ὑπερβορέους μύθοποιόντες, λόγῳ ἠξίωται. Propter ignorantiam locorum homines, ait, dignatos esse fabulas de Ripaeis montibus et Hyperboreis, quarum rationem haberent. Non habet hoc nomen pater geographiae et historiae, Homerus. Nam quod ex Hymno in Bacchum mox laudabimus, argumentum potius praebet, non esse illum Hymnum Homeri. Herodoti locum ponemus totum, (4, 32) Ἡσιόδῳ μὲν ἐστὶ περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένον. De his nihil hodie superest: ἐστὶ δὲ καὶ Ὀμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τὰ ὄντι γὰρ Ὀμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε. Dubium ergo, an Homero aliquid de Hyperboreis innotuerit: siquidem in his, quae haud dubie illius sunt, nullum eorum vestigium est, ubi autem id nomen habetur, ea dubia fide patri poeseos assignantur. Quid fuerit ab Hesiodo proditum, nescimus. Fabula ipsa, quatenus per ceteros poetas, historicos, geographos sparsa superest, tam multa habet, vel cohaerentia male, vel plane pugnantia, ut nihil in ea vel locis, vel temporibus, vel alio caractere ita

con-

4) Imaginabantur quidam speculum, polo vicinam, e qua erumperet aquilo. Sic certe Plin. 7, 2 f. 2. *luxta eos, qui sunt ad septentrionem*

versi, haud procul ab ipso aquilonis exortu, speculum eius disse, quem locum Gesclithron (γῆς κλειθρον, terrae claustrum) appellant,

pro-

constans ac definitum sit, vt illam tanquam substantiam aliquam et fundum quasi reliquorum attributorum assumere possis, cui reliqua adstructa vel adfecta videantur. Quod enim de Hecataeo memorat Schol. Apollon. 2, 677 Ἐκαταῖος μέχρι τῆ αὐτῆ χρόνῃ εἶναι φησὶ τὸ τῶν ὑπερβορέων ἔθνος, ἐστὶ δὲ βιβλία αὐτῶ ἐπιγραφόμενα περὶ τῶν ὑπερβορέων, hoc parum valet ad fidem historiae in tanta magnis nominibus vel libros, vel librorum titulos, vel locos ubi iucundi licentia. Erit vero deinde § 5 de Hecataei Hyperboreis videndi opportunitas. Aliam igitur viam huius disputationis placuit ingredi, et enarrare ordine quodam, quibus aliis narrationibus velut adhaerescant et admisceantur Hyperborei, dum eo perueniamus, vt illud ipsum explicetur, quod in ea videatur esse maxime historicum.

§ 3

Hyperborei cum Argonautis exstitisse videntur.

Antiquissimum Graecorum facinus, in quo celebratissimo elaborarunt posteri, Argonautarum illa expeditio, aut reperisse videtur Hyperboreos, aut certe vulgasse. Apud Diodorum Siculum (4, 51 p. 294, 16 it. 46) Medea dissimulata forma sua, Peliam deceptura, fingit se adesse ἐξ ὑπερβορέων. Hyperboreos in sua expeditione adierunt Argonautae; sed eos iam duplici in genere: alios versus extremum septentrionem, et ultra origines⁴⁾ velut boreae venti, habitantes vel vagantes. Hos memorant Orphica Illa Argonautica v. 1075 et 1080. Nempe in illo carmine ex vetustiore traditione (vid. Diss. 1) veniunt Argonautae per extremum, qui notus erat, septentrionem in Germanicum Oceanum. Sed Apollonius breviori via (Diss. I § 4) illos Istro aduerso ad sinum Adriaticum et Eridani ostia

produntur Arimaspi, quos Hyperboreorum sodales mox videbimus. Idem Plin. 4, 12 s. 26 Gelida aquilonis conceptacula cum Ripaeis

montibus coniunxerat, et pone eos montes utraque Aquilonem locauerat gentem felicem Hyperboreos.

δῖλια deducit. Itaque consequens erat, ut in hac viā poneret Hyperboreos, quos abesse sua a fabula nollet. Manifesto autem illos ad Eridani ripas collocat, et de electro, post narratam Heliadum Phaëthonta fratrem Iugentium fabulam, addit, aliam quoque esse narrationem accolarum, quos Celtas appellat. 4, 611

— Κελτοὶ δ' ἐπὶ βάζειν ἔθεντο,
 Ὡς αἶψ' Ἀπόλλωνος τάδε δάκρυα Λητοῖδαο
 Ἐμφέρεται δίναις, αἶτε μύρια χεῦε πάροιθεν
 Ἥμος Ὑπερβορέων ἱερὸν γένος εἰσαφίκανεν,
 Οὐρανόθεν ἀγγλήεντα λιπῶν κ. τ. λ.

Apollinem cum coelo relicto ad sacram Hyperboreorum gentem venisset: hic multa millia lacrimarum (Aesculapii a Ioue fulminati causa) fudisse. Nec illud alias inauditum. Memorat Scholiastes Apollonii (ad 2, 677) Posidonio auctore, Hyperboreos οἰκῶν περὶ τὰς Ἄλπεις τῆς Ἰταλίας, habitare ad Italiae Alpes. Quin illos Romae victores Gallos Heraclides Ponticus non multum ab illis temporibus remotus, si Plutarcho fides (in Camillo p. 140 A) Hyperboreos dixit. Non mirum est, incertas esse Hyperboreorum sedes, cum nec certas ipse Boreas habeat. Thrax est ille raptor Orithyiae Boreas, e Thracia spirat Aegei maris et Graeciae tyrannus. Hymnus Orphicus (79) in Boream, Κρυμοπαγῆς βορέα, χιονωδέος ἔλθ' ἀπὸ Θράκης, Hic *Aquilo glaciali* relinquens ninguida Thrace, ut conuertit Scaliger. Hic rapta Athenis Orithyia (apud Ouid. Met. 6, 709)

*Non prius aërii cursus suppressit habenas,
 Quam Ciconum tenuit populos, sua moenia, raptor.*

Cicones Thraciae populum, urbem illorum Ismarum, docent Geographi. Si ergo Boreae domus est in Thracia, Hyperborei qui esse possint Eridani Italici accolae, apparet. Sed nec dissimulandum est, non deesse, qui Orithyiam multo abreptam longius diceret. Sophocles (apud Strabo. 7 p. 204, 13) latam esse canit

Ἦπτε

Ἵπὲρ τε πόντον πάντ' ἐπ' ἑχάτα χθονός,
 Νυκτός τε πηγᾶς, ἔρσεν ἑ ἀναπτυχᾶς,
 Φοίβη τε παλαιὸν κῆπον.

uper mare vniuersum, ad vltima terrae, ad fontes noctis, ad coeli aperturas, et *veterem Phoebi hortum*, cum illusione quadam, credo, ad illam Phoebi cum Hyperboeis societatem, de qua deinde dicemus (§ 7). Hic illud diiciemus, ne Thraciae quidem nomen non fluctuare, sic Strabo (L. 7 p. 204, 30) Getas pro Thracibus a Graecis habitos, memorat.

§ 4

Quam vagum esset Hyperboreorum nomen.

Quo minus mirandum, tam licenter vagatum Hyperboreorum nomen esse. Quo potius teste vitamur quam eodem Strabone? Hic igitur (L. II p. 349, 50) post mentionem veterum Graecorum (οἱ παλαιοί, dixerat, τῶν Ἑλλήνων) οἱ δὲ ἔτι παλαιότεροι, inquit, τὰς ὑπὲρ τῆς Εὐξείνης καὶ Ἰσθμικῆς Ἀδρίας κατοικῶντας Ἵπερβορέους ἔλεγον, καὶ Σαυρομάτας, καὶ Ἀριμασπές. Promiscue vsos vult Hyperboreorum et Sauromatarum et Arimasporum nominibus in his, qui supra Euxinum, Istrumque et Adriam habitarent. Auctor Hymni in Bacchum (inter Homericos 6, 29) Tyrrhenum praedonem Baccho minantem ita introducit:

* Ἡ Αἴγυπτον ἀφίξεται, ἢ ὄγε Κύπρον,

* Ἡ ἐς Ἵπερβορέους, ἢ ἑκάστω —

Aegyptum et Cyprum ad Austrum terminos suae navigationis indicat, ad septentrionem vero vel Hyperboreos, vel ultra hos. Est ergo aliquid in rerum natura etiam ultra Hyperboreos. Eadem ratione Pindarus (Isthm. 6, 34) dum ait, καὶ πέραν Νείλοιο παγαῖν, ultra Nili fontes, καὶ δι' Ἵπερβορέους, lineam ab intimo meridie ad ipsum

Gg

extré-

extremum septentrionem duxisse videtur. Sic quatuor plagas signat Callimachus (in Delum 280): Choros enim ducunt Apollini vrbes,

Αἴθε πρὸς ἠοίην, καὶ δ' ἑσπερον, αἰτ' ἀναὶ μέσσην
Κλήρες ἐσήσαντο, καὶ εἰ καὶ ὑπερθε Βορρην
Οἰκία θινὸς ἔχουσι —

Vltimos nominat, qui super boreum litus, ad Hyperboreum ergo mare, domus habent, de quorum in Delum legationibus deinde pergit canere. Eadem ratione Hyperboreum Oceanum Geographus Marciannus appellat (p. 56 pr. et 57 fin. Hudson.). Sic Hyperboreos et Indos sibi opponit tanquam extremos Lucianus (Hermot. c. 27 To. 1 p. 767, 48). Haec res forte mouit Theophilum Sigefridum Bayerum, vt (in Comm. Acad. Petrop. T. 3 p. 345 it. T. 1 p. 401) Hyperboreos coniceret esse colonias Graecorum in ora Ponti septentrionali, et hoc praesertim referret ad eos, quorum in Delon legationes commemorantur, assentiente Cl. Wesselingio (ad Diod. Sic. 2, 47. n. 14): quae vt ingeniosa est sententia, et aliquid forte veri habet, ita illam cum reliquis, quae in hac ipsa disputatione veraputo, conciliare nondum possum. Viderit lector.

§ 5

Hyperborei tamen populus ob clima suum beatus.

Geographi Latini, vno pene ore hoc nomen ipsi velut cardini septentrionum adscribunt, (vt Mela, 3, 5 pr. vt Plin. 4, 12 s. 26, et 6, 13 s. 14, vt Soli. 16) iidem tamen felicitatis etiam alicuius, et felicitatis ab eo climate non expectandae, ac pendentis inde longaeuitatis portentosae, velut charactera adiiciunt. Res est nota: ne hic plane absit, ponamus modo verba antiquioris, *Melae, Hyperborei super aquilonem Rhipaeosque montes sub ipso siderum cardine iacent: ubi sol non quoti-*
die

, ut nobis, sed primum verno aequinoctio exortus, animalium demum occidit, et ideo sex mensibus dies, et totalis nox usque continua est. Terra augusta, aprica, se fertilis. Cultores iustissimi, et diutius quam ulli talium et beatus viuunt. Quippe festo semper otio, non bella mouere, non iurgia: sacris operati maxime Apollinis, de quibus deinde videbimus. Habitant lucosque, et ubi eos viuendi satietas magis quam taedium, hilares, redimite fertis se ipsi in pelagus ex certa ruraecipites dant. Id eis funus eximium est. Sunt in hac descriptione, a qua non multum aliae Plinii et Solini abent, γεωγραφόμενα quaedam s. γεωμετρέμενα ex thesi illa, habitare homines sub polo: alia, ut videtur a mercatoribus et nautis conficta, qui mercium suarum commendandarum causa talia mentirentur. Ceterum illam longaeuæ felicitatis fabulam pertinet, quod

Strabonem (p. 15, 489 post med.) Onesicritus aut, suos etiam Indis Hyperboreos, Περὶ τῶν χιλιε-
Υπερβορέων τὰ αὐτὰ λέγειν Σιμωνίδῃ καὶ Πενδά-
μῃ ἄλλοις μυθολογοῖς. Quam simpliciter felicitatis
non esse videtur Aelchylo (Choëphor. 371) Κρείσσονα
ἢ Μεγάλῃς τε τύχῃς καὶ ὑπερβορέϊς Μείζονα.
Septentrionales illos pertinet, quod est apud Alexandri
Clementem (Strom. I p. 359, 28 Pott.) Τῶς Ὑπερβο-
Ελλάνικος ὑπὲρ τὰ Ῥιπάρια ὄρη οἰκεῖν ἰσορεῖ. διδάσκει
ἔ αὐτῶς δικαιοσύνην, μὴ κρεωφαγεῖν, ἀλλ' ἀκροδρῦσις
ένεσ. Τῶς ἐξήκονταετῆς ἔτοι ἔξω πυλῶν ἀγοντες
ἰζεσιν. Obseruemus tamen iungi ea, quae ad bar-

1, qua vulgo notus erat, septentrionem vix perti-
abstinere carnibus, solis arborum fructibus vesci:
autem sexagenarios educere extra portas dicuntur et
cere, an alias de Hyperboreis illis iustis et felicibus
retur, non memini. Differt quibusdam partibus a re-
Diodori Siculi (2, 47) narratio, quam ille se ab He-
dicit summis, sed in hoc tamen conuenit, quod τὰ

περὶ τῶν Ὑπερβορέων μυθολογούμενα vocat, et Hecataeus suum in numero τῶν τὰς ἀρχαίας μυθολογίας ἀναγεγραφότων ponit. Insulam porro illis habitandam assignat Sicilia non minorem Hecataeus, ἐν τοῖς ἀντιπέραντῃ Κελτικῆς τόποις κατὰ τὸν ὠκεανόν: Britanniam signari putat: sed non respondent cetera. Esse illam ait εὐγενὴ καὶ πᾶμφορον, ἔτι δὲ εὐκрасία διαφέρουσαν, duplices in anno ferentem fructus: quod cum illa certe facie Britanniae, quae fuit, cum Graecis Romanisque innotuisse earum constat, et cum climatis portione non conuenit. Sed quatenus Celtas etiam Hispaniae tribuunt veteres, illa Britanniae extrema, vbi Hesperidum horti sunt et Atlas, illa appellatione possunt signari: aut, si vrgeas insulae appellationem, vna alteraque earum, quae peculiariter Fortunata vocantur. Haec de sede Hyperboreorum vaga illa quidem et valde incerta. Iam de illorum cum Apolline necessitudine dicamus.

§ 6

Hyperborei Apollinis peculium.

Quae passim de Apolline ab Hyperboreis culta sunt apud Poetas, iam statim ordinanda, eorum vel primam originem, vel physiologiam adeo quandam, vberiores certe, quam alias inuenias, declarationem habet ex Hecataeo et aliis Diodorus Siculus (2, 47): *Μυθολογῶσιν, ἰσχυρίζονται, ἐν αὐτῇ (in descripta modo insula) τὴν Λητώην γενέσθαι. διὸ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα μάρισα τῶν ἄλλων θεῶν παρ' αὐτοῖς τιμᾶσθαι.* Esse illos quosdam velut sacerdotes Apollinis, eo quod hunc Deum quotidie perpetuo cantu celebrent. Esse in insula sacrum Apollinis *τέμενος μεγαλοπρεπές*, et aedem, *ναὸν ἀξιόλογον*, donariis multis ornata, forma rotunda, *σφαιροειδῆ τῷ σχήματι.* Vrbes esse sacras huius Dei, eiusque incolarum plerosque *καθάρκτας*, perpetuo psallere, hymnosque cantare Deo, qui

us actiones illius ornent. Habere suam sibi propriam
 quandam dialectum Hyperboreos : Graecis in primis an-
 tiqua necessitudine quadam coniunctos esse, *πρὸς τὰς Ἑλ-
 ληνὰς οἰκειότατα διακεῖσθαι*, maxime autem Athenien-
 sibus atque Deliis. Fabulantur Graecorum quosdam ad
 Hyperboreos peruenisse, donariaque reliquisse magui pre-
 mii, Graecis inscripta literis. Deinde de Abaride. Aiunt
 porro (vt intelligamus *μῦθον* narrari), Lunam ex hac in-
 sula conspici omnino parum a tellure distantem, et in qua
 terreni quidam colles manifeste appareant. Dicitur vero
 etiam, sic pergit Diodorus, Deum interiectis vndeuisenis
 annis venire in insulam, *δι' ἐτῶν ἑνεακαίδεκα καταντῶν
 εἰς τὴν νῆσον*. Cui hic non statim illa Graecorum a Me-
 tone et Phaino Enneadecaëteris in mentem veniat? non
 potest fieri profecto, vt non, qui primus huius partis fa-
 bulae auctor est, eam in mente habuerit. Res dubio omni
 carebit, si pergamus ad reliqua. De his enim nouende-
 cim annis addit, *ἐν οἷς καὶ αἱ τῶν ἄστρων ἀποκαταστάσεις
 ἐπὶ τέλος ἄγονται. καὶ διὰ τῆτο τὸν ἑνεακαίδεκαετη
 χρόνον ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων μέγαν ἐνιαυτὸν ὀνομάζουσι*. Iam,
 si ipsum Diodorum (12, 36) sequamur, ille nouendecim
 annorum cyclus, Enneadecaëteris illa a Metone producta
 est Apseude Archonte, Olymp. 86, circa tempora adeo
 postrema Herodoti, de qua Diodorus, pro vulgi nempe
 opinione et vsu Graecorum ciuili, dicit, intra eam astra
 ad eandem comparationem redire : *ἀποκατάστασι* etiam
 hic vocat, et magnum s. Metonis annum. Ergo haec pars
 fabulae aut recentior est Metone et Herodoto, aut, quod
 fere est vt malim, diu ante Metonem obseruatum est, Lu-
 nae solisque cursum intra illos XIX annos ad idem velut
 principium commune redire. Tanto hoc est probabilius,
 cum ille annus non sit ita longus, vt obseruationem fugere
 diu potuerit. Et animaduersum iam a Theophrasto, (de
 signis aquarum et ventorum principio) a Phaino accepisse
 suum annum Metonem. Cum igitur manifesto hic Astro-
 nomi sunt Hyperborei et sic cognati Apollini, astrorum

principi; quidni eodem referamus templi rotunditatem sphaericae figurae coeli et terrae symbolum, et obseruatu Lunae montes, quam ἀντίχθονα et habitabilem esse, Orphicum Pythagoricumque dogma est. Superest illud apud Diodorum, quod non tantum citharis suorum Hyperboreorum colitur, sed etiam, κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ταύτην in illo anfractu enneadecaëteridum, qua venit ad Hyperboreos, praesens ipse Deus sua felicitate laetus psallit, κθαρίζεται, et saltat pernox, χορεύει συνεχῶς τὰς νύκτας ἀπὸ ἰσημερίας ἐαρινῆς ἕως πλειάδος ἀνατολῆς, a verno aequinoctio ad Pleiadis ortum, quod Hesiodus (ἔργ. 383) messis initium facit, messem autem illius climatis in nostrum Maium incidere, constat. Si quis cogitet caelestem Musicam Pythagoreorum, et magnum illud Apollinis heptachordum⁵⁾, si quis illam Pythagorae cum Abaride Hyperboreo amicitiam, facile videbit, etiam in hac parte fabulae esse aliquod φιλοσοφούμενον. Sed quod etiam per noctes saltat, illud forte eo pertinet, quod apud Hyperboreos, in quantum polo subiecti sunt, sol ab aequinoctio inde verno non occidit. Puto autem, A. A. esse apud Diodorum hic aliquid vel ipsius festinatione et attentionis remissione peccatum, (quod fit in vocabulis contrariis etiam facilius) vel a librario, recurrentibus iisdem vocibus, omissum. Quisquis est fabulae auctor, hoc voluit, saltare noctibus Apollinem ab aequinoctio verno ad autumnale, siue ab ortu Pleiadum vsque ad occasum, quod παχυλάς et poetice loquentibus idem esse apparet ex Virg. Ge. 4. 232. cf. Seruius hic et 4. 100, et ad vtrumque locum la Cerda. Sic doctissimus Pontedera in tabula antiquissima anni solaris Graeci (Antiquitt. Latinarum Graecarumque enarrat. Tab. XII. p. 247) Vergiliarum ortum matutinum ponit Nonis Maiis, et occasum matutinum IV Id. Nou. Haec posui non immemor eorum, quae de illo interuallo XL ali-

quot

5) Macrob. Sat. 1, 19 *Lyra Apollinis chordarum septem tot caelestium sphaerarum motus praestat intelligi, quibus solem moderatorem naturam constituit.*

ot dierum inter ortum et occasum Pleiadum habentur
 ud Hesiodum Op. 283 et Varr. R. R. 1, 28, 2 et quae ad
 unque locum disputantur. Neque vero hoc negaue-
 1, si cui id magis placeat, ipsum Diodorum de illo
 siodeo intervallo cogitasse, et illud male huc transtu-
 e. Antiquam valde hanc de comineatu illo Apollinis
 ulam esse, apparet ex Apollo. Rhodio, (2, 677), ubi ver-
 ribus in meridiano Ponti Euxini litore Argonautis
 τῆς υἱὸς ἀνερχόμενος Λυκίηθεν Τῆλ' ἐπ' ἀπείρονα θῆ-
 ὑπερβορέων ἀνθρώπων Ἐξεφάνη, in reditu e Lycia
 ad Hyperboreos illis apparuit Apollo. Porro Hyper-
 eorum regionem *veterem Apollinis hortum* appellari a
 hocle, vidimus (§. 3).

§ 7

Origo huius necessitudinis.

Origo mythologica vel genealogica adeo necessitudi-
 Hyperboreorum cum Apolline videtur indicata a Phe-
 co Heracleote. Hic scriptor non valde notus cum sit,
 um, quae de illo adhuc obseruauimus, ad hoc argu-
 tum apprime conueniant, ea hic breuiter subiiciemus.
 icholiastes igitur Pindari (ad Ol. Γ, 28) τῆς Ὑπερβο-
 τῆ Τριτανικῆ γένεος Φερένικος Φησὶν εἶναι, γράφων

Ἄμφι δ' Ὑπερβορέων, οἳτ' ἔχματα ναιετάουσι
 Ἰαῶ ὑπ' Ἀπέλλωνος, ἀπείρητοι πολέμοιο,
 ἔς μὲν ἄρα προτέρων ἐξ αἵματος ὑμνήσουσι
 ἢ dubito quin legendum sit ὑμνέουσι)

ἰτήνων βλασόντας ὑπὸ δρόμον (leg. δρόμον) αἰθρήντα
 ἰάσσαθα Βορέαο γέναν (sic leg. pro γῆν) Ἐριμασπὸν
 ἄνακτα.

uitur poeta de Hyperboreis, qui extrema orbis terra-
 habitant ad templum Apollinis, bellorum expertes,

quos canunt ex veterum sanguine Titanum germinasse sub serena domo Boreae terram inhabitare: Arimasum illis fuisse regem. Primos duo versus laudat etiam lo Tzetzes (Cbili. 7, 144 v. 677) simpliciter Pherenicum appellans: ab Athenaeo (Deipnos. 3, 5 p. 78, B.) dicitur Φερένικος ὁ ἐποποιὸς, Ἡρακλεώτης τὸ γένος, in quo loco ipso quoque Titanum mentio est, ut forte opus suum Τίτανικά inscripserit. Iam vero Titanis nomine etiam Apollinem venire, superiore dissertatione ostensum §. 3' s. a Argon. 1055, quod in hac re tanto minus dubitationis habet, cum in Titanibus etiam proprie dictis Hyperion h. e. Sol, Phoebus Apollo, fuerit. Apud Tzetzem l. c. etiam hoc video, citari ibi ex Simmiae Apolline, h. e. libro illius nominis, hos versus:

Τηλυγετῶν δ' ἰαφνειὸν ὑπερβορέων ἀνάδημον,
Τοῖς δὴ καὶ τότε ἀναξήρωσ παρεδαίσατο Περσεύς·

per diuitem longinquorum Hyperboreorum populum, apud quos etiam Perseus Heros epulatus est. Ad hanc Apollinis et Hyperboreorum societatem pertinet etiam locus Cic. de N. D. (3 c. 29) ubi Apollo tertius memoratur *Ioue tertio natus et Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse*. Pausanias in Phocicis (l. 10, 5) laudat Boeonem indigenam mulierem, h. e. Delphicam. Haec Βοιωτὴ ἐπιχωρία γυνὴ ποιήσασα ὕμνον Δελφοῖς, ἔφη, κατασκευάσασθαι τὸ μαντεῖον τῷ Θεῷ τὰς ἀφικομένους ἐξ Ἑπερβορέων τὰς τε ἄλλας καὶ Ὀλλῆνας. Olenem conditorem oraculi Delphici facit Boeo, et alios Hyperboreos, quorum etiam nomina plura fuisse in illo Hymno refert Pausanias, V. G. πᾶδες Ἑπερβορέων Πάγασος καὶ δῖος Ἀγυιεύς. Graeci haec sunt nomina, alterum etiam Apollinis in vicis (ἀγυιᾶς) culti epitheton. Etiam Ilithyia ex Hyperboreis venit, si Pausaniam audimus (Att. l. 1, 18), qui post mentionem templi Ilithyiae s. Lucinae addit: ἦν ἐλθῆσαν ἐξ Ἑπερβορέων ἐς Δῆλον γενέσθαι Βοηθὸν ταῖς Λητῆς ὠδίσι. Τὰς δὲ ἄλλας παρ' αὐτῶν φασὶ τῇ Εἰλειθυίᾳ Δῆλιοι, καὶ ὕμνον αἰδοῦσθαι

ἄδουσι Ὀλῆνος, Venisse ait Ilithyiam ad partum Latonae iuuandum in Delo: diuersam ergo ponit a Diana, quae cum Apolline tum nata est: diuersam etiam a Iunone, cuius tum iris vexabatur Latona, nomen Ilithyiae ab Hyperboreis allatum etc. hic enim modo Hyperboreorum cum Apolline necessitudinem persequimur. Ad hanc etiam illud pertinet, quod apud Diodorum (3, 59 p. 228, 86) aiunt quidam, Τὸν Ἀπόλλωνα τῆς Κυβέλης ἐραωθέντα συμπλανηθῆναι ταύτῃ μέχρι τῶν Ὑπερβορέων, Cybelen dum amore illius captus sequitur, cum illa ad Hyperboreos vsque oberrasse. Addamus et hoc, ipsum carum Apollini caput dici posse Orphea, sacrorum Eleusiniolorum conditorem Hyperboreum, Thracem nempe, et ita praeterea Pythagorae, Apollini inter homines ἐπιδήμῳντι, et Pythagoreis coniunctum, vt his passim Orphica adscribantur. Haec forte sunt τὰ ἐκ τῶν Ὑπερβορέων, quae ab Atheniensibus recepta memorat Chrysostomus (in Epist. ad Tit. hom. 3 Tom. XI opp. p. 744, E. Montfaucon.). Sed non lubet euagari longius. Abaridem quidem, amicum Pythagorae, hic praetermittere non licet, quem Scytham fere vocant, qui eius mentionem faciunt, sed nempe Scythae etiam sunt Hyperborei, quod vel ex eo patet, quod Alexandrinus Clemens (Protrept. p. 25 Pott.) ὀνομασίας illas, de quibus mox dicetur, illis tribuit: Hyperboreum quidem diserte appellat Plato in Charmide (p. 237, E), Scythem vero ex Hyperboreis, Apollinis, qui ibi colitur (τῷ ἐκεῖ Ἀπόλλωνος) sacerdotem Iamblichus (c. 19 l. 90 sq.). Hic ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποστρέφων (malim ἀναστρέφων) εἰς τὰ ἴδια, ἵνα τὸν ἀγεωθέντα χρυσὸν τῷ θεῷ ἀποδῆται εἰς τὸ ἐν Ὑπερβορέοις ἱερὸν, rediens domum e Graecia, vt corrogatum aurum in templum Dei apud Hyperboreos reponeret, obiter in Italia cum esset, videretque Pythagoram, illum agnoscit suum esse Apollinem. Poenitet fabulosi huius Agyrtae Herodotum (4, 36), cuius verbis videtur vox vna temere addita, quam hic inclusi: Τὸν περὶ Ἀβαίριος λόγον τῷ λεγομένῳ εἶναι Ὑπερβορέω, ἔ λέγω, [λέγων] ὡς τὸν οὐ-

ζὸν περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ἔδεν σιτεύμενος. Sed quid Apollini Delo sua carius? vbi vero frequentius Hyperboreorum nomen eodem Herodoto teste (qui frustra illos apud Scythas requisiverat) auditum, quam apud Delios? Parcimus illam annuam Hyperboreorum in Delum legationem ex Herodoto (4, 33-35) et Callimacho praefertim (H. in D. l. 283-306) aliisque persequi, de qua πάντα περὶ πάντων dedit ad Callimachium Spanhemius, et per eam occasionem, quidquid fere usquam est de Hyperboreis relatum, congeffit. Ad consilium nostrum modo pertinet iter, quod huic sacrae legationi assignatur, Callimacho consentiente, ab Herodoto. Sed hinc capimus disputationis, propter quam omnem, nec illum perfunctorium de Hyperboreis quaerendi laborem sustinuimus, exordium.

§ 8

Hyperborei in Hispaniae Libyaeue litore occidentali.

Cum dixisset Herodotus (4, 32) nihil Scythas eorumque vicinos memorare de Hyperboreis: addit, eo plura de iis narrare Delios, dicentes: ἱερά (Graece enim ponemus, quae maxime ad rem pertinent) ἐξ Ὑπερβορέων φερόμενα ἀπικνέεσθαι ἐς Σκύθας, ἀπὸ δὲ Σκυθῶν ἤδη δεκομένους αἰεὶ τῆς πλησιοχώρου ἐκάστους κομίζειν αὐτὰ τὸ πρὸς ἐσπέρας ἐκασάτω ἐπὶ τὸν Ἄδριον. ἐνδεῦτεν δὲ πρὸς μεσαμβρίην προπεμπόμενα πρῶτους Ἑλλήνων Δωδωναίους δέκεσθαι. ἀπὸ τῆτων δὲ καταβάνειν ἐπὶ τὸν Μηλιέα κόλπον, καὶ διαπορεύεσθαι ἐς Εὐβοίαν κ. τ. λ. Dicebant igitur Herodoti aetate Delii sacra illa, quaecumque fuerint, ab Hyperboreis ad Scythas peruenire, ab his accepta vicinos quosque portare longissime versus occidentem ad Adriam, i. finem Adria-

6) Προπεμπόμενα significat comitatum aliquem et publicam deductionem, qualis in Germania su-

perest, praesertim in insignibus imperii ad locum coronandi Imperatoris Francofurto et Aquisgrano deduco-

Adriaticum; hinc versus meridiem deducta ⁶⁾ primos Graecorum excipere Dodonaeos, ab his ea ad Maliacum sinum descendere, traici in Euboëam, perque vrbes illius ad extremam illarum versus Orientem Carystum, a Carystiiis in Tenum insulam deferri, ab his denique in Delum. Haec via, ita designata accurate, ostendit, nisi fallor, Hyperboreos illos Delios et Apollinares, non venisse, certe directo itinere non venisse a septentrionibus Graeciae, e Scythia. Vidisse videntur hanc repugnantiam illi Praesenses (Atticae populus est, ne quis de Praesensibus ad Argolicum sinum cogitet) apud Pausaniam (Att. l. I, 31), qui ea de causa aliud iter illi pompae s. legationi assignarunt. Secundum hos enim ab Hyperboreis per Arimaspos et Issedonas, ad Scythas perueniebant, ab his Sinopen, et hinc per Graecos in Praesense templum Apollinis, vnde Athenienses in Delum deferebant. Antiquior est et fontibus suis propior Herodotea Callimachoque consentiens narratio, quae in Adriam ducit Hyperboreos, per quem redisse Argonautas canit Apollonius. Recordemur hic A. A. quod modo de Abaride observauimus, illum e Graecia cum rediret in patriam suam, obiter Italianam inuisisse et Pythagoram. Cogitemus et illud, quod apud Halicarnassensem Dionysium (L. I p. m. 34 sq.) narratur, Latinum suscepisse Herculem ex Hyperborea puella, quam obsidem a patre acceptam secum duceret, ἐκ τινος Ὑπερβορέας κόρης, ἣν πατὴρ εἰς ὀμηρίαν δόντος ἐπήγετο. Reliqua de hac puella, Palantho, qui desideret, adire poterit Salmatio ad Solinum (p. 10, b F) disputata ex Scaligero ad Festum (V. Palatium). Nunc seriem modo obseruemus fabulae apud Dionysium. Graeciam suam Hercules repetiturus e Argos, cum Hyperborea sua venit in Italianam, grauidam ex se facit, nuptum dat Fauno, apud quem illa conceptum

e:

ducendis, et praesidio tuto atque honorifico *conducendis*: hoc enim, puto, verbo vtuntur, cum nostrum *Gleit* vel *Gleis* exprimere volunt:

sicut etiam *saluum conductum* vocant, qui sorte iustius, monente etiam Cl. Wachtero nostro, *discessus saluus* diceretur.

ex Hercule Latinum peperit. Qui ista vel excogitarunt vel retulerunt sacrorum ad Delium Apollinem legatorum, Abaridis, Herculis, itinera, illi non expertes sensus communis nugatores fuere; sed qui locorum certe et regionum peritiam haberent eam, ut scirent, qui a Ponto Euxino Delum peterent, vel e Graecia ad Scythas iter pararent, his non esse Italia neque Adriatico mari opus. Quid igitur? Sunt Hyperborei, nisi me fallit animus, etiam in Oceani s. externi maris litore Occidentali: hoc volo, adeo late patuit, adeo fluctuauit nomen Hyperboreorum, cum homines longe remotos, felices tamen eosdem et Diis caros, regionis non satis notae incolae signaret, ut etiam de illis, quos Occidentalis Oceanus alluit, vel Africanis vel Iberis adhiberetur. Hoc ita se habere, iam Pindari vno alioque loco demonstrabimus. Incipiamus a fabula antiquiore. Tractans (Pyth. I, 46 sqq.) locum de felicitate hominum suis circumscripta terminis, quos egredi ac transire nemini liceat, *Ναῦσι τ' ἔτε περὸς ἰῶν ἂν εὐροῖς ἐς Ἵπερβόρειον ἀγῶνα θαυμαστὴν ὁδόν.* Ponit Hyperboreos ultra finem orbis terrarum, qui tum cognitus esset, ultra columnas Herculis, Neque nauibus, inquit, neque pedibus incedens admirabilem illam ad Hyperboreorum illos ludos (ad perpetuam quae apud illos celebratur festiuamque hilaritatem) viam inuenias. Deinde arripit occasionem ornandi oden suam descriptione gentis et actorum Persei: *Παρ' οἷς ποτε Περσεὺς ἐδάϊσατο λαγέτας, δώματ' εἰσελθὼν, κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας ἐπιτόσσαίς θεῶν βέζοντας.* Apud Hyperboreos olim Perseus epulatus est, cum illos inueniret solemnes asinorum Hecatombas facientes Apollini. De his asinorum hecatombis non repetam alio tempore in hac Societate a me prolata (Comm. To. 2 p. 33 sq.). Vnum addam locum, in quem postea incidi, Antonini Liberalis, qui (c. 20) Boeo et Simmia (eodem puto, cuius paullo ante e Tzetze locum dedimus) auctoribus narrat fabulam Clinis cuiusdam Babylonii, qui cum in templo Hyperborei Apollinis vidisset *ἱερουργημένας* illi *θυσίας τῶν ὄνων,*

